mei; ps̄. xlvij. ibi dolores vt ꝑturiētis. Alia vxor est
ꝯscia bona que habet filiū. s. iustū ⁊ bonū virū ꝗ a
deo in villa istius mūdi equaliter nutrit̄ cū malo:
Math. v. Pluit sup iustos et iniustos: et solē suuȝ
oriri facit sup bonos et malos. et ambo sunt in ec
clesia que est nouerca malorum ꝫt mater bonorū.
tamē ignorat quis sit suus filius vel p̄uign⁹. quis
sit iustus vel iniustus explicite in gratia dei. q̇a vt
habetur Eccl's. ix. Nemo scit vtrū amore vel odio
dignus sit. plorat ante regē Salomonē mater. iij.
Regū. iij. vt filiū nō mortuū in peccatis sed viuū
ī gratia cognoscat. qd̄ pater noster ihesus xp̄s oc-
cultat ne peccator sine nutrice maneat ⁊ mr̄e. Ri
xant̄ filij quos pater cōsolat̄. qꝛ ꝓ maiori vtilita-
te vtriusqꝫ ꝑtis facit. qꝛ boni ꝑ admixtōem malo-
rum sunt in maiori merito. et mali citius possunt
ꝯuerti. qꝛ ꝑm Aug. malus ideo viuit vt vel corri-
gatur: vel vt ꝑ eū bonus exerceatur. Sic ergo ista
mater nostra eccl'ia catholica equaliter ī pn̄ti nos
nutrit. et miro amore filios suos amat dicēs Isa.
xlix. Nūq̇d obliuisci pōt mr̄ infantē suū vt nō mi-
sereat̄ filio vteri sui. ⁊ si illa oblita fuerit. ego aūt
nō obliuiscar tui. Ecce ꝗ excellentiā nostrā ex ꝑte
mr̄is. qꝛ nō sum⁹ ancille filij ꝫ libere: ad Gal. iiij.
Hec mr̄ qn̄ erūt cōplete iniq̄tates amorreoruȝ: vt
Gen̄. xv. ⁊ augmētata vsqꝫ ad messem frumēta: vt
Io. iiij. i. virtutes bonoꝝ. tūc manifeste cognoscet
quis est filius suus legitimus. i. populus xp̄ianus
quia tūc sentētiabit verus Salomō. i. ihesus xp̄s
ostendēdo matrē nostrā et filiū: dicēs angelis suis
illud. iij. Regū. iij. Date huic infantē viuū. hec est
eñ mater eius. hec ē que sursum ē hierl'm q̄ est ma
ter nostra. ⁊ sic patet excellētia religiōis xp̄iane ex
ꝑte patris et matris. Scd̄o ostēdit̄ dignitas re
ligionis xp̄iane ex ꝑte hereditatis. qꝛ sibi debetur
supma hereditas. cui nulla similis excogitari pōt.
j. Coꝝ. ij. ⁊ Isa. lxiiij. ex q̊ arguit̄ nobilitas hēdis
hāc aūt hereditatē nobis insinuat. b. Paulus ad
Ro. viij. Si filij ⁊ heredes. heredes quidē dei. i. vi
sionis diuine. in qua ꝯsistit btitudo q̄ est stat⁹ oim
bonoꝝ aggregatōe ꝑfectus: ꝑm Boetiū li. iij. ꝓsa
ij. Coheredes aūt xp̄i: ad Ro. vbi supra. i. siml' he-
redes cum christo cuius hereditas est esse glorio-
sum in corpe ⁊ anima: ita ⁊ omnes filij sui erūt glo
riosi cū eo in corpe ⁊ aīa. Nec voluit pr̄ noster xp̄s
ꝙ sua electa habitatio vocaret̄ synagoga sed eccle
sia dicēs Petro. sup hanc petrā edificabo ecclesiā
meā: Math. xvj. qd̄ duplici ratione factū ē. Pri-
ma vt fieret distinctio inter iudeos et christianos
Nō eñ videbat̄ rationabile vt locus siue habita
tio xp̄i vbi suos filios debet hereditare noīe iuda-
ico nominaret̄. Secunda rō est ꝓprietas vocabu
loꝝ. qꝛ sicut synagoga grece aggregatō dicit̄ latīe
Sic eccl'ia grece latīe ꝯuocatio dr̄. et qꝛ xp̄iani ꝯuo
cati sunt: ideo a ꝯuocatōe ecclesia dicta ē. Cōgre
gatio eñ ē pecoꝝ ⁊ bestiaꝝ. cōuocatio vo homi-
nū. et ꝑm hoc iudei et quecunqꝫ alia hominū con-

gregatio quales sunt saraceni bestijs compantur xp̄iani v̓o hominibus. Quanta ergo est differentia bestiaꝝ ad homines. tanta est iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infidelium ad xp̄ianos. quia illi congregant̃. illi ꝯuocantur: vt notat beatus Jsið. xi. ethimol̃. Jn illa ergo celesti habitatione. scꝫ ecclesia triumphanti hēditas illa beatifica populo dabit̃ xp̄iano. Et nota ꝙ gloria celestis q̄ est illa hereditas ex ꝓprietate naturali nulli debet̃ nisi soli deo. homib⁊ autē ex conditōne naturali debet̃ solū terra: Gen̄. ij. Formauit deus hominē de limo terre. qđ ꝯfirmās Dauid ī ps̄. cxiij. dicit. celū celi dn̄o. i. gl̄ia celi dn̄o terrā aūt dedit filijs hoīm. Si ergo gloria ex ꝯditiōe naturali nulli debet̃ nisi soli deo: quō g̃ populo xp̄iano dat̃ ꝑ hereditate: Respondeo ꝙ ex sola dei ꝓmissione. q2 si deus eam ꝓmisit alicui cum nō possit mētiri nec falli. si promisit certissime dabit.

Modo videamus cui promisit populo illaꝫ. nō iudeis cum non possint ostendere in tota lege moysi ꝙ deus eis promisit gloriaꝫ paradisi. Nec agarenis quibus ꝓmisit Machometus gloriā porcorum ⁊ asinorum: vt videbitur libro. iiij. Sed solis xp̄ianis deus ꝓmisit gloriam suam. quod pulcerrime declarat sanctus Vincētius ī quodā sermone ꝑ similitudinē regis habentis vnicā filiaꝫ dilectissimā. qui cōduxit tres seruos. vni ꝓmisit optimā ꝓmissiōꝫ. alteri. xij. aureos pluresq̄ȝ pecunias. tercio v̓o ꝓmisit filiā cū regno si bene sibi seruiret Modo queritur cui istoꝝ debet̃ filia regis. ⁊ quis poterit legitime eā petere. certū ē ꝙ nec primꝰ nec secūdus: sed tercius ex ꝓmissione. licet nō sit dignꝰ eā habere. tamē q2 sibi rex ꝓmisit pōt eam petere. Jta ī ꝓposito. iste rex nobilis ē ille de quo Apoc̄. xix. Rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū: ⁊ vocabit̃ nomē eius verbū dei. Filia pulcra quā habet ē gloria celestis ita ē pulcra s̄m Aug. ꝙ si ibi liceret stare nisi vnius diei mora innumerabiles anni huius vite pleni delicijs contemnerentur. Jste rex cōduxit tres seruos scꝫ populos. Primo populum iudaicum in exitu egypti ⁊ in monte synai. Moyses fuit cursor ⁊ notarius huius conductoris. ⁊ isti populo ꝓmisit promissionem. Ecce quid dicit instrumentuꝫ. Si in preceptis meis ambulaueritis: et mandata mea custodieritis dabo vobis ⁊c̄. Leuit̃. xxvj. Et Deutro. xviij. vbi nihil explicatur nisi ꝓmissio bonorum tempalium. vide ibi. Quādo ergo iudeus moritur licet seruauerit legem Moysi totaliter. ⁊ vixerit ī illa sanctissime si dici potest nō pōt a deo petere gloriā pad̄isi. q2 responderet sibi deꝰ. O miser tu petis filiam meā: et nūquid nō solui iaꝫ tibi quod ꝓmisi. ⁊ sic consequēter ꝓijcitur iudeus ī infernū. Tercio ꝯduxit agarenorū. Et licet vnus agarenus vixerit hic beatissime. ⁊ fuit misericors. castus ⁊c̄. nō poterit in morte sua petere filiā summi regis. Videamus pactū quod fecit deus cū eis Jpsi em̄ descendunt ab Abraham ꝑ Jsmahelē filiū eius. et ideo dicunt̃ Jsmahelite. et ꝑ Agar ancillā. ideo dicunt̃ agareni. Judei v̓o descendūt ab Abrahā ꝑ sarā. ideo debēt dici saraceni. Jsmaheli patri Jsmahelitaꝝ promisit deus dicēs Abrahe. Suꝑ Jsmahel quoq̄ȝ audiui te. Ecce bn̄dicaꝫ ei ⁊ augebo eū valde. xij. duces generabit. ecce. xij. floreni. ⁊ faciā illū crescere in gentē magnā: Gen̄. xvij. Jsta ꝓmissio est iam impleta: vt patet Gen̄. xxvj. vbi nominant̃ illi. xij. duces. Quādo ergo ille agarenus moritur: si voluerit petere gloriā paradisi. respondebitur ei vt iudeo. ⁊ sic ꝓijcit̃ in infernū. Modo videamus quid ꝓmisit populo xp̄iano nō bona t̃palia imo dicit ꝙ despiciamꝰ illa. ⁊ vult ꝙ habeamus hic labores. infirmitates et miserias. Sed si bn̄ seruiuimus sibi ꝓmittit nobis dare filiā suā cū regno suo. quatuor euāgeliste q̄si quatuor notarij fecerunt de ista ꝓmissione instrumētum. Testes sunt. xij. apl̄i. et. lxxij. discipuli. Ecce clausula instrumenti. Quicūq̄ȝ fecerit voluntatē patris mei qui in celis ē ipse intrabit in regnū celorum: Math. vij. Et ideo quādo xp̄ianꝰ vixit s̄m voluntatē dei ī pac̄ia et bona vita morit̃. Dicit sibi xp̄s. quid vis: respōdet. Domine ego seruiui vobis vellem hereditatē quā mihi ꝓmisistis. Respice instrumentū licet nō sim dignus. peto gloriā paradisi. tunc xp̄s dat ꝓmissum scꝫ gloriaꝫ suā. Ecce ergo qualiter nullus pōt habere hereditatē glorie paradisi nisi solus populus xp̄ianus. q2 istum populū elegit deus vt daret filiā suā cuꝫ regno. vn̄ dicit Jsa. lj. Audite me qui sequimi quod iustuꝫ est ⁊ queritis dn̄m. Attendite ad petrā vnde excisi estis scꝫ ad xp̄m a quo xp̄iani ⁊ cauernā laci de qua p̄cisi estis. hec ē cauerna vulneris lateris. Attēdite ad Abrahā patrē vestꝝ ꝑ fidē ⁊ ad sarā que peperit vos. q2 ad vnū vocaui eū scꝫ ad pactū ꝓmissionis filie ⁊ bn̄dixi et multiplicaui euꝫ. Quarto ostendit̃ dignitas xp̄iane religionis scꝫ esse filium dei ⁊ heredē ex angelico testimonio. q̄a intelligēs angelus p̄dictā excellentiā nō sustinuit a Johāne adorari: Apocal̃. xix. Ait em̄ Johā. Cecidi ad pedes angeli vt adorarē eū et dixit mihi. vide ne feceris. cōseruus em̄ tuus sum ⁊ fratꝝ tuorum habentiū testimoniū ihesu. deum adora. Cecidit Johānes ad pedes angeli vt adoraret eum. nō tamen sicut creatura creatorē. sed sicut seruus vehemēter ac cum seruili subiectione honorat dn̄m suum creatū. Nempe angelus in veteri testamento sustinebat sic se ab homīe adorari. qđ tn̄ nō sustinere hic. īmo manifeste ꝓhibere videt̃. ꝓpterea sequit̃. ⁊ dixit mihi. vide ne feceris scꝫ taliter reuerentiā mihi Cuius causam subdit dicēs. Cōseruus tuus sum id ē tecū. ⁊ sicut tusuꝫ seruus eiusdē dei ⁊ dn̄i ihesu xp̄i. Et ne credat̃ ꝙ respectu soliꝰ Johānis ꝓpter singularē p̄excellentiā eiꝰ hic diceret et nō de omibus xp̄ianis q̄ xp̄i sunt serui. ideo subdit. ⁊ fratruꝫ tuoꝝ habētiū testimoniū ihesu xp̄i. i. q̄ ꝑfecto corde confitent̃ ac testificant̃ iesū xp̄m esse veꝝ deū et dn̄m vniuersoꝝ atq̄ȝ hominū redemptorē ⁊ saluatorē. Et ideo merito fideles xp̄iani confitent̃ ihesum xp̄m veꝝ filiū dei cuius sunt filij ꝑ gratie adoptionē. qui tam charā matrē dedit eis. ⁊ tam excellentē hereditateꝫ ꝓmisit. et cōseruos eoꝝ angelos fecit. Et sic patet ex p̄dictis. v. articulis excellētia fidei catholice ac etiam religionis xp̄iane.

Q2 lex Moysi cessauit esse lex.

Sextus et vltimus articulus

ē ꝙ lex Moysi iā nō ē lex. sed ꝙ cessauit esse lex. Hoc etiā cedit ad ostendendū maiorē excellētiā legis noue siue fidei xp̄iane vt ip̄a sola iā dicat̃ lex dei. Jn p̄nti articl̃o erūt q̄tuor pūcta pr̄icipalia. Primꝰ erit on̄dē quō iudei iā nō habēt legē. Scd̄s erit on̄dere quō propter circūcisiōꝫ q̄ vtunt̃ iudei sꝑ sunt ī maiori ira dei ⁊ abhoīatōe. Terciꝰ erit on̄dere quō oīa ī figura ꝯtigebāt ill̃. Quartꝰ erit on̄dere q̄cūq̄ȝ erāt scripta đ messia vēturo impleta fuerūt ī xp̄o ihesu saluatore nr̄o. Circa primū pūctū notandū ꝙ rō fūdamētalis q̄re iudei nō h̄nt aliquā legē ⁊ q̄re cessauit ea que primo dicebat̃ sua. et q̄ erat lex dei quā nō solū licitū erat nō soluere ꝭ ad obseruādā eā obligabant̃. et iā nō sunt obligati ad seruandū

immo obligatur ad non seruandū.qꝛ cessauit esse
lex dei.ꝑdita virtute q̄ primo in ea erat q̄ iō ꝑdita
fuit.qꝛ facta fuit mutatio in substātia ꝛ natura ve
ritatis quam significabat scriptura quod declara
tur septē passibꝰ. Quoꝝ primus ē ꝙ lex iudeoꝝ
preter ea ad que primo obligabant̄ ipsi ꝛ oēs alij
hoīes ꝑ legem nature scriptam nō in tabulis lapi
deis nec cartis papiri vel ꝑgameni.ij.Coꝝ.iij. sed
vt hō non excusat̄ ab eius obseruatōne scripta in
cordibꝰ vsq̄ ad illud tp̄s erāt certa mādata ꝑ que
regi debebāt vsq̄ ad aduentū messie.qꝛ ad hec mā
data nō erant obligati alij hoīes quoꝝ durāte le-
ge moysi multi fuerūt salui seruādo legē nature ꝫ
fuerūt obligati iudei de quoꝝ semine erat nascitu
rus messias quē audire debebāt sīc moysen deut.
xviij.ꝛ in quo debebat eē benedictio oīm gentium
Genes.xij.que etiā debebat dare testamētū nouū
nō simile testamēto priori: Hiere.xxxj. Itē qui de
bebat eē dux ꝛ p̄ceptor gentiū ordinatus ꝑ deum
q̄ eēt lux eaꝝ:Esa.xlij. Secūdus passus depen-
dens a primo ē ꝙ lex moysi pꝛīcipaliter attēdebat
aduentū messie.rōne cuius elegit deus iudeos pro
seipo populū peculiarē ꝛ dedit ei legem.mandata
ꝛ sacra vsq̄ ad tp̄s correctionis posita ꝛ ordinata:
ad Hebre.ix. Item fecit ꝓ eis multa miracula.q̄ ꝛ
alia multa nō fecit nationibꝰ gentiū.ꝫ ꝑmisit ꝙ re
gerent̄ gentes ꝑ suū liberꝝ arbitriū ꝼm ꝙ eis vide
retur. Tercius passus ē ꝙ qn̄ talem diuisionem
fecit deus.s.iudeoꝝ ꝛ gentilium hn̄tem principiū
in ꝑsona abrahe duo fecit.primo obligauit se.secū
do dedit signū principale.fuit obligatio quā deus
fecit abrahe ꝛ alijs patribꝰ ꝙ de semine eoꝝ nasce-
ret̄ messias qui eos debebat docere ꝛ dirigere eoꝝ
oꝑa ꝛ eos redimere ꝛ in sua grā exaltare suꝑ oēs
gentes q̄ non crederēt in eū. Secūdo vt eēt notifi
cata dr̄ia huius populi peculiaris ab omibꝰ alijs:
q̄ ꝓpria dr̄ia eēt principaliter ꝛ staret in fide.ꝙ de
semine abrahe deberet nasci saluator mūdi quod
alij populi ex quo eis nō erat dictū nō credebāt qꝛ
ad Roma.x.fides ē ex auditu credēdo id qđ aliq̄s
audit ꝓpter auctoritatē dicētis intelligēdo ꝙ tal̄
est verax ꝛ potens facere qđ dicit.Hec fides cū sit
virtus nō corꝑis ꝫ aīe ꝑ seipam non apparēs extra
dedit deus abrahe circūcisionē in signū ꝙ illi in q̄
bꝰ eēt crederēt aduentū messie sic ꝙ ꝼm ꝙ res priꝰ
est ꝙ signum eiꝰ.prius intelligebat̄ esse fidem ī po
pulo iudeoꝝ ꝛ cōsequēter circūcisio sicut signū fi-
dei ꝼm ꝙ legit̄ de abrahā Gene.xv.ꝙ primo credi
dit ministeriū ꝛ postea fuit ei data circumcisio si-
gnū iusticie magne fidei: qn̄ cōtra totam naturā
credidit verbis dei:Gene.xviij. ꝙ Sara haberet
filium de cuius semine nasceret̄ ille qui eēt bn̄di-
ctio gentiū propter quod abraam dictus fuit pat̄
non solū iudeoꝝ ꝫ multaꝝ gentium. Quartus
passus est ꝙ ad significandū mysteria grē ꝑtinen-
tia messie: quō habebat eos redimere sustinendo
mortem et dando eis grām suam fuerūt ordinata
sacrificia ꝛ multe ceremonie:siue ꝑ moysen: siue ꝑ
dauid ꝛ Salomonem stabilite.Sed ꝛ de aduentu
messie ꝛ d̄ tp̄e in quo haberet esse. ꝛ de operibꝰ que
haberet facere ꝛ de alijs rebꝰ que in tp̄e debebant
accidere non solū moyses ꝫ etiam oēs ꝓphete locu
ti sunt ex ꝑte dei. Quintus passus ex p̄cedenti-
bus pendens est ꝙ circūcisio ꝛ lex moysi erat sicut
vnū instrumentū obligationis inter deū ꝛ iudeos
exp̄sse cōtinēs ꝙ deus habebat implere.ꝛ illud qđ
iudei interea habebāt facere videlicet illud qđ an̄
legē faciebant Abraam Isaac ꝛ Jacob ꝛ alij pa-
tres sui circūcidere se ꝛ filios suos in signū ꝙ de ge
nere iudeoꝝ messias haberet eē. Item ꝛ facere sa-
crificia ꝛ ceremonias significans mysteria messie
ꝑtinentia ꝛ ꝙ omnes eēnt in spe sui aduentus di-
spositi ad recipiēdum suam doctrinā ꝛ sua manda
ta.ꝛ sic fecerūt se dignos ad recipiendū grām quā
eis habebat dare. Sextꝰ passus est ꝙ ꝼm ea que
dicta sunt lex moysi ante aduentū messie erat vna
obligatio plena ꝛ vacua.plena figura:ꝛ vacua res
eius.plena ꝓmissione:ꝛ vacua ꝓmisso.qꝛ deus ꝓmi
serat ꝛ nondū impleuerat ꝫ hēbat implere ꝑ eum
ꝓmissum in aduentu messie.ꝛ in signū ꝙ illud ha-
bebat implere sicut dictum ē dedit eis circūcisiōē
ꝛ alias cerimonias ꝛ sacrificia in lege specificata:
que oīa ex quo erant mandata seruari sicut signa
ꝛ figuras illius qđ habebat esse in aduētu messie
erant ordinata vt fierent tp̄e certo.ergo anteq̄ im
pleret̄ p̄dictum tp̄s erat in lege virtus obligatōis fa
cta durās vsq̄ ꝓmissū eēt ip̄letū. Unde qꝛ lex erat
vacua ꝛ plena requirebat impleri illo quo erat va
cua ꝛ euacuari illo quo erat plena:ꝼm ꝙ est qđcū-
q̄ instrm̄ obligatōnis ꝑ quod aliquis ꝓmittit al-
teri dare ei vel facere aliquod magnū.qđ talis ob
ligatio anteq̄ impleat ꝓmissū est plena ꝛ vacua:
vacua qꝛ non est adhuc da tū vel factū qđ ꝓmissū
est.plena spe ꝛ virtute qꝛ talis obligatio dat ius il
li cui facta ē vt possit petere ꝛ cōpellere ꝓmittētē
vel ad minus cōqueri de eo si in tp̄e quod assigna-
uit non impleuit ꝓmissum.ita ꝙ quātū est vacua
ꝓmissio tantū est plena spe ꝛ veritate ꝛ iure ad pe
tendū ꝛ requirendū obligatū vt impleat ꝓmissū
Septimus passus ē ꝙ p̄dictis intellectis q̄cun-
q̄ potest ꝑ seipm̄ cognoscere ꝙ si talis obligatio ē
vera ꝙ substātia ꝛ natura veritatis dato ꝙ noti-
ficet̄ ꝑ scripturam nō est in eo qđ ē intus ꝫ quod
principalius est ī eo qđ est extra scꝫ ī actu q̄ trāsiit
quo vnus se obligauit alteri ꝛ in actu futuro q̄ est
adimpleri ꝓmissum:q̄tum ad primū actum non
potest haberi mutatio.quia nec deus cū tota sua
potestate pōt facere quod p̄teritū sit nō p̄teritū.
licet potuit facē ꝙ non trāsiret. Sed ex quo trās-
iuit ꝛ iam in se ē nihil ꝛ ꝙ non trāsierit etiā ē nihil
Dicē ꝙ deus pōt facere ꝙ p̄teritū non sit p̄teritū
ē tātū sicut dicere ꝙ deus ex nihilo facit nihil qđ
nullum ē possibile.nec pōt intelligi quō ex nihilo
fiat nihil.Et iō ex quo actus primus obligatōnis
iam transiuit ꝛ ille nō pōt mutari q̄tum ad talem
actum obligatio sꝑ esset vera. Sed qꝛ talis actus
fit principaliter ꝓpter id quod futuꝝ est.qđ ē ad-
impleri promissum si obligatio est vera vel non
attēdit̄ ad secundū qđ est finis ip̄ius videlicet si ē
impletum vel non quod fuit promissum qꝛ inq̄tū
non fuerit impletum. qꝛ substātia ꝛ natura obli-
gationis nō est mutata lꝫ transiuerit tēpus semꝑ
manet obligatio in sua veritate ꝛ firmitate.immo
plus firmatur quanto amplius transit de temꝑe ī
quo debebat impleri ꝓmissū. ex quo illi cui facta
fuerat obligatio accrescit plus d̄ iure ꝛ virtute ad
illud petendum. Non sic certissime est qn̄ realiter
fuit solutum ꝓmissum.quia statim ipso facto scri
ptura obligationis cessat esse vera:quia iam ē mu
tata substātia et natura veritatis. impleto quod
in ea primo erat vacuum et euacuato illo quo p̄-
mo erat plena. Primo enim erat plena iure ꝛ vir-
tute ad petendum promissum et ad faciendū res
ordinatas quousq̄ esset solutū debitum.Sed qn̄
est solutum promissum scilicet qđ postq̄ est solu-
tum non potest iuste petere sicut primo.sic nō po-
test facere res ordinatas seruari quousq̄ sit solu-
tum debitum.Et ideo perdita virtute manet va-
cua iure quo primo erat plena. quia impletum fu
it quod in ea erat vacuum non potentibus stare

istis duobus simul. s. q vera obligatio respectu vnius et eiusdem rei sit plena et vacua. Sed quantum impletur ex vna parte tantum euacuatur ex altera. vnde si soluitur pars debiti iam deficit sibi pars iuris quod sibi primo ptinebat. nec potens iuste petere siue paucum siue multum quod iam solutum est. Uerumtamen in scriptura obligationis nihil mutatur. quia ipsa stante clausa in archa nec rasa scriptura nec cancellata nec scripta in spatulis: solutione facta per solum actum solutionis mutata substantia perdit veritatem et virtutem suam que primo erat in ea. ex qua primo erat plena. et sufficit q ille vel alter notarius vel sine notario fideles psone dent testimonium esse factam solutionem. Et si non esset qui de solutione facta daret testimonium: sufficit testimonium qui est deus cui nihil occultatur. propter quod soluto iam debito est falsa illa que prio erat vere obligatio. quia fuit facta mutatio in substantia et natura in qua erat principaliter veritas eiusdem. Ex istis ergo explicatis passibus siue rationibus tam clare sicut sol lucet manifestatur iudeos non habere legem aliquam: ex quo est impletum quod eis per deum fuit promissum scilicet aduentus messie. propter quod fuit in ea impletum quod erat vacuum: et euacuatum illud quo primo erat plena. Et istis terminis vsus est biesus xps: loquens de ista materia quando dixit: nolite cogitare q ego veni soluere legem. vult dicere frangere eam vel facere contra eam. non veni soluere eam sed adimplere: Math. v. Eisdem verbis vsus est Luce. iiij. quando in synagoga nazareth apto per eum li. Ysaie scriptura que occurrit in aperiendo erat. Spus dni sup me ad euangelizandum paupibus misit me etc. Ysa. lxj. Et cum sedisset et oculi oim existentium in synagoga essent intenti ad illud quod diceret: dixit Hodie est impleta ista scriptura in auribus vestris. quia ipsemet erat ille de quo loquebatur Ysaias. et sic anteq ipe veniret illa scriptura erat vacua. sed quando missus per spiritum dei predicabat statim fuit plena et completa. similiter dixit Petro quando volendo eum defendere q non caperent eum iudei abscidit auriculam vnius illorum: An putas quia non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi plusq xij. legiones angelorum: quomo ergo implebuntur scripture: Math. xxvj. Item tempe quo habuit mora quando nondum erat impletum dictum dauid ps. lxvij. Et in siti mea potauerunt me aceto. vt adimpleretur cum dixisset: Sitio. dederunt ei bibere acetum felle mixtum. consequenter dixit: Consumatum est: Joh. xix. Et post resurrectionem suam ostensis manibus et pedibus q fuerant plagata et latere apto dixit eis: Hec sunt verba que locutus sum vobis quando eram vobiscum q oportebat impleri oia q erant scripta in lege moysi et pphetis et psalmis de me: Luce vlti. Dixerat eis hec anteq vltima vice ascenderet in irlm q implerentur scripture. cum proditore traderetur principibus sacerdotum et condemnatus per eos ad mortem. ipi darent eum gentibus vt flagellarent eum et crucifigerent et occiderent et q ipe resurgeret tercia die: Math. xx. Marci. x. et Luce. xviij. Ergo ex quo oes iste auctoritates sunt q oia scripta in lege moysi: in pphetis et in psalmis complerentur et implerentur in morte et in resurrectione biesu xpi cum id quod est impletum et plenum non impleatur manifeste intelligitur q scripture veteris testamenti erant vacue quousq per seipm eas impleuit biesus xps. et propter hoc ipe iuste loquebatur quando discipulis suis dixit: Math. v. q non cogitarent ipm venisse ad soluendum legem. quia non venerat ad faciendum contra eam sed implendum eam. Plus est cecus q non intelligit q ille q soluit illud ad quod erat obligatus ex quo implet obligationem in quo erat vacua q soluendo debitum frangit obligationem. nec facit contra eam quando ipse finit complet et pficit finem ad quem obligatio fuerat facta. Sed hoc bene sequitur q ex quo implet illud soluendo pmissum q facit eam vacuam iuris et virtutis q illi cui erat facta obligatio primo ptinebat etiam si circa ipm pmaneat scriptura obligationis sine mutatione aliqua quantum ad lram ex quo soluto debito est mutata substantia et natura veritatis q faciebat obligationem primo esse veram. Qui attente considerare voluerit supradictas rones clare poterit intelligere quantum iniuste vel si dixero insipienter non mentiar. Agareni imponunt fidelibus biesu xpi non esse xpianos quia non se circumcidunt et quia non seruant sabbatum. et quia non faciunt pascha agni sicut fecit ihs xps. vel quia comedunt carnes porci quod ipe non fecit. si pbassent q postq ipse soluit per eum pmissum ad Abraam et alios patres ipse fecit predicta haberent aliquem colorem: sed q postea non deberet facere etiam si grossissimus esset ingenio quilibet homo illud pt intelligere q ex quo pdicta et alia multa habebant cursum suum anteq pmissio esset impleta oibus contingentibus iudeis in figuram vt infra videbitur. et sic debebant dimittere ea cum veritas veniret. sicut figura imaginis quando est iam depicta et finita cessat. Sic est de figura domus que cessat quando ipa est facta. Unde quia circumcisio et alia plura in magnum mysterium per ipmmet et deum erant data. sicut p pignore quousq esset solutum debitum. ipemet qui debebat soluere eas seruauit. Sed si post mortem suam quando dixit: Consumatum est: Joh. xix. vult tantum dicere: iam sunt repleta oia mysteria. ipe seruauerat quod ipe seruauit antea. s. q celebrasset pascha agni ordinatum ipis iudeis in figuram sue mortis que habebat fieri et sic de alijs figuris. eo ipso q dederat intelligi deum non compleuisse quod pmiserat suis patribus: sanctis: patriarchis: regibus et pphetis. q habebat eos redimere et liberare de potestate dyaboli. et cum esset pteritum tps in quo debebat impleri. quid aliud erat seruare legem moysi sicut prius nisi dare testimonium deum non esse verum. Ex quo in tpe per eum assignato non impleuerat per eum pmissum. Et quod plus est cum maior et principalis promissio dei esset q deus habebat filium suum dare in mortem pro salute illorum et totius mundi. cum ipsemet fuisset mortuus dabat vel poterat dare testimonium q non fuisset mortuus: sed q debebat mori iterum. et q vna vice vel pluribus ad minus quolibet anno semel. sicut summus sacerdos quolibet anno intrabat semel in sancta sanctorum cum sanguine sacrificij: Hebre. ix. figurando sacrificium quod erat multo maioris dignitatis et excellentie cum maiori efficacia et complemento. sanctificante existentes in peccato q sanctificaret sanguis hyrcorum et thaurorum que erant principalia legis moysi sacrificia significantia mortem que habebat esse filij dei in cruce propter salutem totius mundi. q non pluribus sed vna vice solum semel habebat impleri filio dei existente vno solo et non multi. Et cum ipse esset homo natus de genere iudeorum. et ordinatum est homines semel mori. Sic filius solum semel et non pluries debuit mori. Qui si seruauerat sicut prius legem Moysi dederat intelligere q non erat mortuus sicut a deo patre suo acceperat mandatum. erat iste honor quem biesus filius virginis et dei debebat patri suo per actus suos dare ptinue testimonium q deus pater suus non erat verax: ex quo non impleuerat per ipsum promissum. Altior procerto in eo erat reuerentia ad patrem. quia stando in cruce cum summi sacerdotes et alij hoies stantes iudei pmittebant q crederent in eum si descenderet de

cruce contẽnendo gloriam ⁊ honorẽ ei promissuꝫ
q꞉ a patre accepat mandatũ ponẽdi aīaꝫ suã mo-
riendo. cũ eẽt ei leuius descẽdere de cruce viuus ꝗ̃
post mortem resurgere de sepulchro factus obedi-
ens patri vsqꝫ ad mortẽ. voluit plꝰ implere ꝗ̃ erat
iudeis ꝓmissum ꝑ deum complẽdo obligationem
eis datã ⁊ sic dicere veritatem p̄dicta obligatōne
implere lege moysi in quo erat vacua. et faciendo
eam vacuã iure quo erat plena. s. iuris ⁊ petitōnis
que cõpetebat iudeis quousqꝫ eẽt impletũ ꝓmissũ
quod ius fuerat eis datũ cum multa solẽnitate q̃
maior altera eẽ non potest nec cogitari qñ ꝓmissũ
ꝑ se factũ cõfirmauit deus iurando ꝑ seipm̃ cũ nõ
posset intelligi aliquod maius ꝑ quod iurasset vt
Gene. xxij. et Exo. xxxiij. sicut hoĩes quãdo debite
⁊ iuste iurant ꝑ rem quã cogitant maiorẽ eẽ seipis
vel ꝑ rem quã magis amãt. Et ideo nõ potuit da-
re maiorẽ firmitatẽ deus sue ꝓmissioni ꝗ̃ iurando
ꝑ seipm̃. Et vt intelligeret ꝙ sine aliq̃ dubitatiõe
volebat illõ implere sicut prĩo iurauerat abrahe
replicauit iuramentũ faciẽdo eandem ꝓmissioneꝫ
ipi dauid cũ iuramẽto firmatã. Et illud quod in
hac materia est altissime contẽplationis. cũ deus
fecisset multas ꝓmissiones iudeis ⁊ suis primis pa-
tribꝫ: addita exp̄sse cõditione ꝙ ipse impleret pro-
missa sua si seruarent sua mãdata ⁊ ꝑseuerassent ĩ
suo seruitio. ⁊ ꝙ si nõ facerẽt non solũ nõ daret eis
ꝑ ipsuꝫ ꝓmissa. ſ ꝙ puniret eos magnis penis dã-
do eos ĩ potestate suoꝝ inimicoꝝ ⁊ ponẽdo eos ex̄
terram ꝓmissionis. Sed tñ hanc promissionẽ bñ-
dictionis oĩm gentiũ in semĩe abrahe ꝙ mitteret et
messiam ad saluandũ eos fecit deus sine cõditiõe
Et vlterius ꝙ cũ singularissima deuotõne et fir-
mo intellectu debet considerari ꝙ hec fuit maior
promissio quaꝫ fecit deus. maior dico ⁊ sic pro cer-
to affirmo. Fuit eniꝫ magna promissio dĩ facta iu-
deis ꝙ liberaret eos a seruitute egypti ꝙ daret eis
terram promissionis ꝙ daret eis bona in ea eis
specificata. Ueruntamen he sunt paruissime pro-
missiões in compatione illius que intelligebatur
spiritualis et p̄ncipalis propter opera eoruꝫ vir-
tuosa et propter obedientiam ⁊ obseruantiã suo-
rum mandatoꝝ que erant satis difficilia ꝙ daret
eis pꝰ hanc vitã paradisuꝫ gloriã celestem ineť nũ
durantem. que promissio licet incompabiliter sit
maior ꝗ̃ oẽs alie. q꞉ oĩs largitor est maioris excel-
lentie ⁊ dignitatis ꝗ̃ suũ propriũ donũ ex quo ẽ do-
minus e iusdem. propter quod qñ aliquis dat ali-
quid de suo. ex quo ipse ẽ maior nõ intelligit dare
seipm̃. sed qñ dat seipm̃ intelligit dare oĩa sua. Et
idõ ꝓmissio paradisi non potest equari promissiõi
de qua loquimur facte ꝑ deum abrahe ⁊ alijs iude-
orum patribꝫ. hoc ẽ ꝙ promisit dare seipm̃ nobis
mandãdo filio suo qui est ipsemet deus facere oĩa
ptinentia ad salutem nostrã. et illius quo non põt
dici maior amor ponẽdo aĩam suã ꝓ amicis suis.
Et sic patiẽdo mortẽ vt nos liberaret a ptãte ini-
mici: quaꝫ suꝑ nos hũerat ꝓpter peccatũ ade pmi
patris nostri. Istud tamen sine precio donuꝫ vo-
lens deus totũ ⁊ totaliter impleri exp̄sse reuelauit
dauid prophete ꝙ sua promissio ⁊ testamẽtũ erat
sine aliqua conditõne. ⁊ ꝙ tam firmũ erat ⁊ fidele
ꝙ ꝓsperum seruaret sua miscõia. Et si filij israhel
dimitterent legẽ suam corrũpẽdo iusticias et non
seruãdo mãdata sua visitaret peccata eoꝝ in fla-
gellis: ſ tñ ꝙ nunꝗ̃ amoueret miscõiam suã nec fa-
ceret contra suũ datum testamẽtũ nec faceret vba
sua vana ⁊ sine effectu. sed ꝙ semꝑ impleret quod
fuit ꝑ eum promissũ. propter has ergo ⁊ alias ꝗ̃
plures consideratas rõnes nisi si voluerit loq̃ con-

tra totam rõnem non põt aliquis dicere ꝙ hiesus
xp̄s post mortem suã ꝑ quam deus pater suus im-
pleuerat quod promiserat. ꝙ ipse sicut prius de-
bebat seruare in se legeꝫ moysi dando ꝑ suos actꝰ
testimoniũ non eẽ impletũ qõ erat implendũ. ⁊ ꝙ
multo maioris attẽtionis ẽ per suos ꝓprios actꝰ cõ-
fitendo deũ patrem suũ. q꞉ non impleuit in tꝑe as-
signato promissum et iuratum ꝙ erat mendax et
ꝑiurus. Quis non dico hec dicere. ſ ⁊ solũmodo
audire potest tam grandem blasphemiam. Quia
ergo xp̄o hiesu post mortẽ suam nõ fuit conueniẽs
seruare legem moysi. q꞉ in eius obseruatione faciẽ-
bat magnã offensam ⁊ iniuriã deo patri suo dãdo
testimoniũ de eo ex quo nõ impleuerat promissum
nõ eẽ veracem: sed ꝑiurium. Imaginet̃ vnusq̇sqꝫ
ĩ seipso si fidelibꝫ ihu xp̄i licitũ ẽ ꝟuare legẽ moysi
sicut prius, ⁊ sic circũcidere se ⁊ facere cerimonias
in lege moysi ordinatas sicut ꝓ pignore vel diui-
sa quam debebant ducere in se iudei quousqꝫ esset
impletum illud quod ꝑ deum eis fuerat promissũ
quid aliud eẽt hoc nisi ꝑ suos actus cõtinue dare
testimoniũ ꝙ nõ erat adhuc crucifixꝰ hiesus xp̄us
ſ ꝙ ad implendũ per deũ promissum debebat ve-
nire in mũdum ⁊ crucifigi. ⁊ tñ tempus in quo de-
buit compleri promissio dei iam esset preteritum:
sicut dictum est. erat dare testimoniũ ꝙ ex quo de-
fecerat deus in dictis suis non erat verax sed fal-
sus et ꝑiurus. Et quis dubitauit ꝙ quicũqꝫ af-
firmaret talem blasphemiam de deo: ꝙ talis non
eẽt amicus dei: nec eẽt in sua grã ſ in suo odio et
inimicitia. et quod nimiũ aggrauat non quotidie
semel sed vel septies sicut iusto accidẽ põt ꝙ ĩ vna
die cadat septies: Prouer. xxiiij. ⁊ toties resurgat
si in tali odio et ira dei eẽt cõtinue de nocte ⁊ ꝺ die
ꝑ actus suos ⁊ vitam dando testimoniũ deũ ĩ sua
promissione defecisse. Et sic patet ꝯsideratio pri-
ma huius sexti articuli. s. ꝙ iudei iam nõ habent
legem. q꞉ lex moysi cessauit postꝗ̃ eam xp̄s adim-
pleuit. De secũdo puncto huius articuli qui est
quasi correlariũ precedẽtis notãdũ ꝙ sicut dictũ
est cum tempus promissionis iam sit preteritũ et
ꝑ hiesum christũ impletum qui diceret adhuc le-
galia seruanda eẽ iste eẽt blasphemus ⁊ in ꝯtinua
ira dei. ⁊ ꝯstat ꝙ ĩ tali ira ⁊ odio dei sũt certissime
⁊ cõtinue iudei. cum ipsi sint circũcisi ⁊ circumci-
dant filios suos soluto debito, retinentes pignus
quod datum fuit quousqꝫ eẽt debitũ solutũ ⁊ du-
cendo eam cõtinue in se pro diuisa in magna iniu-
ria ⁊ offensa dei. sicut si non obseruasset iuramen-
tum ꝑ eum factũ. Sed diceret hic forte iudeus
ego libenter dimitterem circũcisionẽ si possem et
acciperem baptismũ ⁊ sequerer xp̄m ſ nõ possum
circũcisionem dimittere. q꞉ obligat ad perpetuũ:
quia istud pactum datum abrahe et semini eius
ꝑ deum fuit federe sempiterno: vt patet Genesis
xvij. ergo cum obliget ad ꝑpetuum oportet vt il-
lud obseruem. Respondeo iudeo ꝙ sempiternum
non accipitur pro perpetuo vel eterno sed pro lõ-
go temꝑe patet Exo. xij. vbi habetur ꝙ ritus ⁊ fe-
stiuitas pasche debebat celebrari federe sẽpitno
tamen Hiere. xxiij. scribitur: Ecce dies veniũt di-
cit dominus. et non dicent vltra viuit dominus q̇
eduxit filios israhel de terra egypti. ⁊ per cõseq̃ns
sequitur illo temꝑe vel in illꝭ diebus non curabit
de phase. quia istud festum non erat aliud nisi me-
moria liberationis filiorum israel de terra egypti
Circumcisio lꝫ per longum tempus deberet du-
rare. tamẽ adueniente xp̄o debebat cessare. quia
fuit data abrahe in signum christi de eo nascitu-
ri vt habetur ad Romanos. iiij. ca. Modo ita est

ꝙ adueniente signato cessat signum. sicut bibito vino remouet circulus qui erat signū vini. Simile est etiam de contractu obligatōnis sicut late dictum ē in ꝑcedenti consideratiōe: qr si sit cōtract⁹ obligatōnis de. x. florenis vsqꝫ ad festuꝫ sancti Johannis vel vsqꝫ ad aliū determinatū terminū solutis illis cōtractus est nullus. Simile etiam ē d ꝓmissione regis facta militi de castro aliquo dando ⁊ in signū talis promissionis dat sibi anul⁹: quē portet vsqꝫ ad impletionem promissi. dato castro miles nō portabit amplius anuluꝫ qr nihil aliud significabat nisi ꝓmissionem factaꝫ de castro. Itē adueniente rege cessant signa ⁊ solennitates que ꝓpter regis aduentū fiebant. Item aduenīete festo cessat vigilia que erat dispositio ⁊ ꝑparatio ad festum. ita circūcisio erat vigilia ⁊ ꝑparatio ad aduentum xpi ⁊ ad baptismū quod ē maximū festuꝫ. Item possessio limitata inter duos terminos non extendit se citra primū nec vltra secunduꝫ: ꝫ talis possessio fuit circūcisio limitata inter Abrahaꝫ ⁊ xpm: Gene. xvij. Hoc erit pactū inter me ⁊ te. q̄si dicat incipiat in me ⁊ non progredietur vltra me. Clarissime ergo ex oībus supradictis patet cessatio circumcisionis: ergo iudei vtentes eadem cum hoc sit magna iniuria vt satis dictū est ac si nō soluisset promissum. propter hoc sunt in cōtinua ira ⁊ odio dī. Terci⁹ pūctus est ostēdere quomodo oīa in figura contingebant illis sicut dicit apl's. j. Cor. x. ⁊ addit scripta autē ad correptōem nr̄am. vbi duo sunt notanda in predictis verbis. Primo tempus vmbre ꝑfiguratum. secūdo tēpus gr̄e consummatū. primū fuit sub lege mosaica. secūduꝫ est sub lege euangelica. primū fuit figuraꝝ. secundum gratiaꝝ. In primo solū fuit figuratio ac ꝑ hoc imperfectio. qr nihil ad ꝑfectuꝫ adduxit lex: ad heb. vij. In secūdo est veritatis exhibitio ac ꝑ hoc perfectio. Unde vocat ab aplo plenitudo tēpis: Ad Gal. iiij. Pro pmo ergo dicit apl's oīa in figurā contingebāt illis. In figura dicit p̄signāte illa que tempe gratie sunt impleta. ⁊ bene dicit in figura. sicut em̄ videmus: ꝙ figura cesaris vel herculis ⁊ si sit in se res aliqua principaliter tn̄ signuꝫ est cesarem vel herculem repn̄tans. sic ⁊ omīa que fuerūt facta in veteri testamēto fuerunt in se res alique sicut paradisus: archa noe: diluuiū: arc⁹ celestis: nubes: tabernaculū: tēplū ⁊ hmōi: pncipalr tamen signa erant non quidem rei presentis sicut sunt sacramenta noue legis que significant gratiam iam presentem: sed fuerunt signa gratie ⁊ veritatis exhibite in nouo testamēto: Joh. j. Lex per Moysen data est. gratia et veritas ꝑ ihesum xpm facta est. Unde possumus dicere de his que sūt tēpore gratie exhibita illud quod scribitur Sapie. xiiij. Figura eoꝝ elonginquo allata ē. Item sicut illud quod ꝑ suam figuram cognoscit imperfecte cognoscit intuitiue quia non videt in se sed quasi abstractiue. quia cognoscitur in alio puta in sua imagine. sic ⁊ filij israel qui solū figuras ⁊ corticeꝫ litere attēdebant ea que impleta sunt tempe gr̄e. ⁊ si aliquo modo cognoscebant impurissime tamē ⁊ valde impfecte. in signū cuius cū moyses de mōte descenderet cornuta ⁊ splendida facie nō poterunt hebrei claritatem vultus eius aspicere. et si aliquos radios cernebāt vultus tamē sui claritatem nullatenus attingebāt: Exo. xxxiiij. Et sic iudei solū videbant figuram ⁊ attēdebant littere corticem. medullam tn̄ sp̄ualis sensus nequaq̄ attingebant ⁊ vsqꝫ in hodiernuꝫ diem velamen sup cor iudeorū positum est vt nō possunt cognoscere veritatē. Sed xpiani reuelata facie gloriam dn̄i speculant sicut dicit apl's. ij. ad Cor. iij. Unde doctor catholicus figurat ꝑ moysen. Est em̄ assumptus de aquis baptismalibus de quo dicit Numeri. xij. ꝙ non per figuras ⁊ enigmata ꝫ palaꝫ deum videt. quod quidem veꝝ ē non tn̄ simplicit: qr videmus ꝑ speculuꝫ ⁊ in enigmate. j. Cor. xiij. sed solū respectu iudeoꝝ. Pro secūdo additur: scripta ad correctionē nostrā. Primū em̄ tps fuit quodāmodo peccata cōmittendi. Secundum autē ē tēpus peccata corrigendi. lex em̄ prohibebat concupiscentiam ⁊ sic dando ipsius noticiam ipam excitabat. ⁊ q̄m sacramēta legis non cōferebāt gratiam. Ideo ꝑ quandā occasionē non datā quidem. cū lex esset sancta ⁊ iusta. ꝫ acceptā a iudeis carnalibus quasi eos impellebat ad peccandū. Unde ⁊ lex dicebat lex peccati ⁊ mortis sicut apl's ad Ro. vij. ⁊ viij. Tempus autēꝫ gratie ē tempus peccati corrigendi: tum qr pena iudeoruꝫ reddit xpianos cautiores. ⁊ qr sacramēta noue legis gratiā ꝯferūt ⁊ scriptura euangelica expssius peccata condēnat Unde ⁊ si de omni scriptura canonica verum ē qđ dicit apl's. ij. ad Timo. iij. Oīs scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendū. ad corrigenduꝫ. ad arguendū. ad erudiendū in iusticia vt sic homo dī ꝑfectus ad oīe opus bonū instructus principalit tamen veꝝ est de scriptura euāgelica. Hec em̄ docet fidei veritatē. arguit mūdi vanitateꝫ. corrigit peccati vilitatem. erudit ꝑcepti equalitatem. Circa primū iteꝝ sciendum est ꝙ in veteri testamento sub figuraꝝ inuolucris p̄figurabātur quattuor que sunt xpianis tēpe gratie reuelata videlicet credendoꝝ cōtinentia. cauēdorū immūdicia. inimicoꝝ fraudulētia ⁊ malicia. sacramētoꝝ virtutū ⁊ honoꝝ virtus et efficacia.

De p̄figuratione credendoꝝ ⁊ primo de ꝑfiguratione sancte trinitatis.

Quantum ad primū notandū ꝙ omnes articuli fidei in scriptura veteri sub figuris multiplicibus quasi sub quibusdā sigillis que nūc soluta sūt velabant. Articulus em̄ trinitatis et vnitatis de quo dixerat moyses ꝺm veritatem hebraicā: Gen̄. j. ca. In principio creauit heloim quod ē plurale hui⁹ noīs hel quod est idem qđ dij. heloim dixit ꝓpter ꝑsonaꝝ pluralitatem. ⁊ creauit ꝓpter essentie vnitatem. de quo etiā refert isdeꝫ eodē ca. ꝙ volēs formare hoiem dixit: faciamus hoiem ad imaginem ⁊ silitudinem nostram. faciamus dictum est ꝓpter ꝑsonarum pluralitem. ⁊ nostram propter substantie vnitatem. de quo etiam ps. lxvj. dicitur. Benedicat nos deus deus noster ⁊ benedicat nos de⁹ ⁊c. ter dicit deus nō ꝓpter tres deos sed propter tres diuinas ꝑsonas. Cuꝫ aūt dicit in singulari metuant eum ⁊c. hoc dicit propter nature idētitatē. de quo etiā dicit Ysaias ꝓpheta ca. vj. Seraphin clamabāt alter ad alteꝝ: sanctus sanctus sanct⁹ dn̄s de⁹ sabaoth. ter dicit sanctus qr tres sūt diuine ꝑsone. dn̄s deus addit qr est ī tribus deitas vna. De ꝫ articulo q̄ ē primū credibile habes expssaꝫ figurā ī sancto abrahā de quo sic dicitur Genes. xviij. ꝙ tres vidit vnū adorauit dicens: dn̄e ⁊c. tres sibi apparuerūt quia tres sunt diuine persone quas sicut vnum adorauit dicens: domine. quia in eis est vna deitas que est precisa ratio adorādi tres diuinas personas.

De ꝑfiguratione dominice incarnationis.

Rticulus dominice

incarnationis in veteri testamēto sub figurarum inuolucris fuit: de quo dicit Esa. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊c. Esa. vij. Et Hieremias: Nouū faciet dn̄s super terraꝫ femia circūdabit virū: Hiere. xxxj. habes figuras multiplices in veteri testamēto. hūc em̄ figurauerūt paradisus voluptatis: Gen̄. ij. ⁊ arcus diuine charitatis: Gen̄. x. Quid ꝑ paradisum nisi virginem intelligimus: in cuius medio. i. vtero fuit lignū vite. i. dei filius ⁊ in quo deus sola virtute nll'o creature cōcurrente ope posuit hoīem. i. christuꝫ. Quid ꝑ arcū variū nisi hiesum intelligo quē deꝰ posuit in nubibꝫ. i. in marie visceribꝫ radijs diuine gratie penetratis qui fuit et est q̄tum ad hoīes signū diuine recōciliationis. In cuius signū arcus est versus celum et corda versus nos. Et ideo non oportet timere sagittas ire dei submersionis generalis aquaꝝ. Hūc etiam figurabāt rubꝰ visionis ⁊ vellus gedeonis. ignis fuit in rubo q꜡ diuinitas fuit humanitati. sed non comburebatur rubus. q꜡ ꝓpter istam vnionē non fuit cōsumpta hūanitas nec in diuinitatem cōuersa: Exo. iij. Iteꝫ ros fuit in vellere. i. diuina gratia in maria: virginitate cōseruata ip̄am dei filio fecundās. terra fuit circūquaq꜡ sicca: q꜡ caro marie non fuit aliquo semine polluta: Judicū. vj. Hūc etiam figurauerunt arche testamenti conditio: solis descensus: ⁊ porte clausio. Quid ꝑ archam nisi mariam intelligimꝰ. q̄d ꝑ vrnā aureā int̄ archā inclusā nisi hūanitatē xp̄i. quid ꝑ manna quod erat intra vrnā nisi diuinitatē eꝰ intelligo. De ista archa habet̄ Exo. xxv. De ɔtētis at̄ in archa explicat ap̄l's ad Heb. ix. ca. Sol descendēs ꝑ decem gradus in horologio Achaꝫ signat ꝙ sol iusticie descendit ꝑ decē ordines creaturaꝝ ⁊ de decimo assumpsit humiliorē naturam de corꝑe gloriose virginis marie. Noueꝫ ordines fuerūt nouem ordines angeloꝝ. Decimus ordo fuit hoīm. de hoc descensu habet̄. iiij. Regū. xx. Porta fuit clausa perpetuo. ⁊ tam̄ solus rex ingredit̄ ⁊ egredit̄ per eam. Porta significat virginem quia virgo māsit ꝑpetuo ⁊ tamen rex glorie solus ingressus fuit ī eam ꝑ carnis assumptōeꝫ et egressus per eam ꝑ stupendam editōnem: de qua habet̄ Ezech. xliiij.

De prefiguratione natiuitatis christi.

Rticulus aūt natiui

tatꝭ xp̄i de q̊ dixit Isa. ꝓpha ca. ix. Paruulus natꝰ est nobis ⁊c. fuit figuratus in natiuitate Isaac: de qua Gen̄. xxj. In natiuitate Samuelis de qua. j. Reg. j. Hi em̄ q̄uis nō fuerūt nati de virginibꝫ sīt tn̄ nati de sterilibꝫ ⁊ supra nature cursum. Fuit autem figuratus exp̄ssius ī ascēsu floris: de quo Esa. xj. Flos de radice yesse ascendet. ⁊ in egressu fontis Iohelis. iij. Fons egredietur de domo dn̄i ⁊c. ⁊ in ortu solis: de quo Ecc̄es. j. Orit̄ sol ⁊c. In abscisione lapidis Danielis. ij. dr̄: ꝙ abscisus est lapis de mōte sine manibꝫ q̄ statuā confregit. huius statue caput erat ex auro purissimo. pectus aūt ⁊ brachia de argento. venter et femora de ere. pedes de ferro ⁊ terra. ꝑ hanc statuꝫ figurantur quatuor magna regna sibi in orbe succedentia ſm ꝙ Daniel diuinitus edoctus ibi exponit. Primū est regnū chaldeoꝝ quod significat̄ ꝑ caput aureū vt ibidem dicit̄. Scd̄m est regnum Persarū quod figurat̄ per argentū quod subiecit sibi regnū chaldeoꝝ. Terciū est regnū grecoruꝫ. s. Alexandri quod subiecit sibi regnū Persaꝝ et figurat̄ ꝑ es. Quartū ē regnū romanoꝝ quod figuratur ꝑ ferrū q̄d subiecit sibi regnū grecoꝝ. aliaq꜡ regna mūdi sicut ferrū domat oīa. Per lapidē abscisum de mōnte sine manibꝫ significat̄ xp̄s siue regnū xp̄i cui subijciendū erat p̄dictum regnū romanorū. In hac expositōe oēs catholici ⁊ hebrei cōueniūt. Quo supposito sic arguit̄: In hac ꝓphetia exprimit̄ ꝙ ille cui subijciendū erat regnuꝫ romanoꝝ ⁊ imperiū est ipse xp̄s. cū hoc ergo sit cōpletum tp̄e cōstantini ⁊ Siluestri pape: quo tēp̄e romanoꝝ imperiū subiectū est ꝑ veram fidem hiesu xp̄o filio marie virginis. Sequitur ꝙ iste est vere xp̄s veritas ⁊ signatū huius figure: q꜡ mons significat v̄ginē. lapis xp̄m. abscisio lapidis natiuitatē eꝰ q̄ fuit de virgīe sine manibꝫ. i. sine ope cuiusq꜡ creature. Hic lapis cōfregit statuam mūdi vanitatē dictū regnū romanoꝝ sibi subijciendo.

De prefiguratione vite ⁊ ɔuersatōnis christi.

Ita christi et cōuer

satio de qua Baruch. iij. In terris visꝰ ē ⁊ cum hoībus cōuersatus est fuit figurata ꝑ colūnam que filijs israel p̄cedebat q̄ de nocte erat ignis illuminans: de die vo nubes refrigerans. Uita em̄ xp̄i illūinauit mūdum contra noctem ignorantie ⁊ refrigerauit contra estū concupiscentie: nec vacat a mysterio ꝙ illa nubes erat tenebrosa egyptijs ⁊ luminosa hebreis. q꜡ in vita xp̄i fuerūt reprobi excecati ⁊ electi illustrati. d̄ hac colūna habet̄ Exo. xiij.

De p̄figuratione doctrine ⁊ p̄dicationis christi.

Octrina aūt christi

⁊ p̄dicatio fuit figurata in legisdatione que fuit facta Moysi Exo. xx. ⁊ in legis secūda scriptione Exo. xxiiij. ⁊ in legis repetōne q̄ fuit facta in Deut. quasi ꝑ totum. propter q̄d dic̄ Hiero. in ep̄l'a ad Paulinū: Deuteronomiū vo secūda lex et euāgelice legis prefiguratio. fuit etiam figurata in locutōne angeloꝝ qui ex ꝑsona dei loquebant̄ sanctis patribꝫ ⁊ p̄cipue in locutōne illiꝰ qui loquebat̄ moysi ⁊ filijs israel aliq̄n ī mōte. aliquādo in deserto. aliq̄n ad ostiū tabernacl'i. aliq̄n inter cherubin qui ꝓpiciatorium obumbrabant: vide scripturas.

De p̄figuratione passiōis christi.

Rticulus de passio-

ne xp̄i: morte ⁊ sepultura: de quo Dan̄. ix. ꝓpheta p̄dixerat dicēs: Occidet̄ xp̄s: fuit multipl'r figuratꝰ. Fuit em̄ xp̄s vēditꝰ ī ioseph Gen̄. xxxj. Nudatus ī noe: Genes. ix. Ligatus in Sampsone. Judi. xvj. Irrisus in heliseo cui dicebant pueri: Ascēde calue. iiij. Reg. ij. Cōsputus ī Iob: Iob. xvj. Cesus ⁊ verberatus in Esaia. qui dicebat: Corpꝰ meū dedi ꝑcutiētibꝫ ⁊ genas meas vellētibꝫ: Esa. lix. Suspēsus ī botro q̄ portabat̄ ī vecte. ⁊ in serpēte eneo: de primo Nume. xiij. De secūdo Nume. xxj. Clauis affixus ī Isaac q̄ portabat ligna ⁊ quē pr̄ ligabat sup̱ struēꝫ lignoꝝ: Genes. xxij. Et crucē xp̄o baiulauit ⁊ sup̱ eā fuit colligatꝰ. q꜡ in ea fuit clauis affixus. Trāsl'ācēatus in

adam. Apertū eñ fuit latus ade 7 inde fuit forma ta mulier: Geñ. ij. Et aptum fuit latus xp̄i dormi entis in cruce: 7 inde fuit formata eccl'ia. qr de xp̄i laterali vulnere fluxerūt ecclesie sacramēta. Fuit occisus in Abel Geñ. iiij. Sepultus in iona. Fuit eñ Jonas in ventre ceti trib' diebus 7 trib' nocti bus. sic 7 saluator fuit tot dieb' 7 tot noctib' ī cor de terre. sicut ip̄e dixit in euāgelio Math. xij. Hāc figuram habes Jone. ij. Hec sepultura fuit figura ta in quiete dn̄i que fuit. vij. die: Gene. vij.

De prefiguratione descensus aīe xp̄i ad inferos.

Articulus de descen

su aīe xp̄i ad inferos fuit figuratus ī de scensu dei qui descendit in egyptū vt li beraret populū israel de manib' egyptioꝝ: Exodi iij. Et aīa xp̄i descēdit ī infernuz qui ꝑ egyptū te nebrosum figurat' vt educeret vinctos suos ꝺ lacu in quo non erat aqua. sicut dicit Vaticinans za charias zacha. ix. Christus etiam ē p̄figuratus in Abbacuc. q̄ tulit prandiū consolatōnis Danieli viro desiderioꝝ. i. sanctis patrib' deliberari desi derantib' qui erant in lacu leonū: Daniel' vlti.

De prefiguratione resurrectionis xp̄i.

Articulus resurrecti

onis xp̄i ꝺ quo in ps̄. iij. ex ꝑsona christi. Exurrexi qr dn̄s suscepit me. 7 alibi ps̄. lvj. Exurgam diluculo. fuit figuratus in Jacob: de quo Geñ. xxviij. ꝙ surgens mane Jacob: tulit lapidem quē supposuerat capiti suo 7 erexit in ti tulum. Jacob est xp̄s qui surrexit mane. supple a mortuis. Mane dico cum adhuc eēnt tenebre. 7 tu lit lapidem. i. hūanitatē suaz quā supposuerat ca piti suo. i. in ꝺo supple substantificauerat. Caput eñ xp̄i de' est vt dicit apl's. j. Cor. xj. Et erexit ī ti tulum. i. a fidelib' contemplandū p̄dicandū 7 ado randū. Fuit etiaz figuratus in Sampsone: ꝺ quo dicit' Judi. xvj. ꝙ dormiuit ad noctis mediū. 7 cō surgens tulit ambas fores corpus. s. 7 aīam suam. Ex his duab' figuris ortū habuerāt ille due opi niōes Aug. 7 Greg. Dicit eñ Aug. ꝙ xp̄s surrexit mane. i. diluc'lo diei pasche hn̄s ꝓ se factuz Jacob. Gre. at' dic̄ ꝙ surrexit media nocte hn̄s factū sam psonis ꝓ se. qui possunt cōcordari ꝑ hoc ꝙ xp̄s sur rexit ī principio diei tercie 7 sic post mediā noctez statiz eñ p' mediā noctē dies nālis incipit 7 pt' dici mane: 7 h' ꝓ Augustino. vl' dicēdū ꝙ surrexit dn̄s ꝰm vitatē mane et' diei artificial'. h' eñ reputat' ꝓba bili'. n̄ tn̄ erat clara dies īmo adhuc erāt tenebre. vñ q̄si de nocte surrexit: 7 sic saluat' opinio vtriusq3

De prefiguratione ascensionis xp̄i.

Articulus de ascensi

one xp̄i de quo in ps̄. lxvij. Ascendisti in altum 7c̄. Et alibi psalmo. xlvj. Ascen dit deus in iubilo. fuit figuratus in translatione Enoch: Geñ. v. 7 in ascensione Helye. iiij. Reguz j. In regressu Jacob q̄ dixit Geñ. xxxij. In bacu lo meo transiui iordanem istū 7 nunc cū duab' tur mis regredior. Christus in baculo crucis trāsiuit iordanez mortalitatis 7 cū duab' turmis scz ange loꝝ 7 hoīm regressus est in celum. Fuit etiam figu ratus in aduētu filij hoīs vsq3 ad antiquū dierū de quo Danielis. vij. Ecce dicit' ibi in nubib' celi quasi filius hoīs veniebat 7 vsq3 ad antiquū dieꝝ peruenit 7 dedit ei potestatem honorem et regnū.

De p̄figuratione aduentus xp̄i ad iudicium.

Articulus de aduen

tu xp̄i ad iudiciū de quo exp̄sse prophe tauit Johel. iij. ca. Ibi eñ dicit' ex perso na dei: Congregabo omnes gētes 7 deducam illos in vallem Josaphat. ibi disceptabo cum eis. Fuit etiā exp̄sse figurat' Daniel'. vij. vbi dī ꝙ throni po siti sūt 7 antiquus dieꝝ sedit. thronus eius flame ignis. 7 ibidē iudiciū sedet 7 libri aperti sūt. ibiq3 dicit' ꝙ fluuius igneus rapidusq3 egrediebat' a fa cie sedentis. q̄ consūpsit bestiam cū vndecim cor nib' suis. quo facto sancti acceperūt regnū. Thro ni figurabāt sedes aplo'ꝝ. antiquus sedens iudicā tem xp̄m qui est antiquissimus ꝰm diuinitatē. flu uius igneus egrediens figurabat xp̄i sententiā acu tiorem q3 sit ignis qui cōsumit demones cū repro bis cūctis. Judicabuntur eñ ex his que appare bunt in libris consciāꝝ. qui tūc aperient'. quo fa cto sancti regnū dei ꝑpetuo possidebūt.

De p̄figuratione generalis resurrectionis.

Articulus autem de

xp̄i carnis resurrectione: de quo prohe tauit Job. xix. ca. dicens: Scio ꝙ redē ptor meus viuit 7 in nouissimo die de terra 7c̄. vsq3 ibi ī sinu meo. fuit figurat' Ezech. xxxvij. vbi dī ꝙ ossa q̄ prius erāt arida vehemēter accesserunt ossa ad ossa vnūquodq3 ad iūcturam suā 7 suꝑ ea ner ui et carnes ascēderūt 7 ingressus est in ea sp̄us et vixerūt que oīa exponit ibidem ꝓpheta de resurre ctione mortuoꝝ. Unde ibi dicit': Hec dicit domi nus: Ecce ego aperiā tumulos vestros et educam vos de sepulchris vestris ppl's me' 7c̄.

De p̄figuratione vite eterne 7 mortis etn̄e: mal' 7 bonis dande.

Articulus autem de

vita eterna quā electi post mortem asse quentur fuit figuratus in scala Jacob: de q̄ dī Geñ. xxviij. ꝙ vidit scalā tāgentē celū 7 an gelos ascēdētes 7 descēdētes 7 dn̄m infixum scale. Scala sig̃ficat vitā scām q̄ h3 multos grad'. qm̄ multi sunt gradus sanctitatis. ꝑ hāc descēdūt āge li dei vt informēt hoīes 7 ascendēt viri angelici vt videāt dn̄m ipi scale infixū. cuius quidē visio erit vita bt̄a. Fuit etiam figurat' in t'ra ꝓmissiōis quā filij isrl' post transitū deserti p' multos labores ml't taq3 p̄lia adepti fuerūt. sic 7 sancti p' transitū de serti p̄nīe sequētes ducatū colūne nub' 7 ignis. i. vi te saluatoris p' ml'tos labores bonoꝝ opeꝝ. p' mul tas victorias vitioꝝ 7 hostiū sp̄ualiū. btificā vitā que etn̄a erit final'r assequent'. Sub isto articulo ꝯtinet' fides de morte etn̄a reprobis debita. q̄ fuit figurata Nume. xvj. vbi dicit' ꝙ Chore datan et abiron 7 ml'ti alij ꝓpter peccatū suū viui descēderūt ī infernū. sic 7 reprobi viui vita nāli. ꝑuati tn̄ vita gr̄e 7 gl'ie descēdūt ī infernū. et tūc erit veꝝ quod dī Math. xxv. ꝙ ibūt reprobi ī suppliciū: iusti aūt in vitam eternam. Electi figurantur per pincernaz Pharaōis cui dixit Joseph: Memēto mei cū tibi

dñs fuerit ⁊c. Reprobi aũt p pistorẽ q̄ amputato capite suspensus est in cruce: Geñ.xl.

De prefiguratione vnitatis ecclesie.

tes salutem ad hanc legem cōuersi sunt. ⁊ quanto
feruentiores facti sunt in querendo tanto ī hac le-
ge amplius sunt confirmati. subitoqꝫ in ea penitē
tes de malicia in bonitatē mutati sūt ⁊ quod am-
plius in admirationem inducit ē q̄ potētes ꝑfrui
honoribꝫ mūdi diuitijs eiusdē ⁊ delitijs ad libitū
vti hec velut stercora arbitrātes humilitatē pau
pertatē ⁊ castitatem que eis opponūtur amplexā
tes sub religionis voto tp̄e vite sue crucifixi mōdo
⁊ mūdus eis se voluntarie astrinxerūt sicut quoti-
die experimur. Tormenta quoqꝫ ꝑ eam plures in
magna exultatione sp̄ūs ⁊ tristicias sunt perpessi.
que nō videntꝰ ꝓbabilia nisi deus hanc legem sin-
gulariter ⁊ irrefragabiliter approbaret ⁊ ordina-
ret ad salutem tanq̄ excellentissimā ⁊ ꝑfectissimā
legem sine qua salus eē non pōt. Sexto ⁊ vltio
ostendit excellentia legis noue ex sexto gradu ꝑfe
ctionis eiusdem. s. ex amenissima ꝓmissoꝝ incōpa-
rabilitate. In lege em̄ veteri ꝓmissa imꝑfecta fue
runt. promittebanꝰ em̄ tria. s. bona tp̄alia. vita tē
poralis. ⁊ pax tp̄alis. De primo Leui. xxvij. Si in
p̄ceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata mea cu-
stodieritis ⁊ feceritis ea dabo vobis pluuiaꝫ tp̄ibꝫ
suis ⁊c̄. Esa. j. Si volueritis ⁊ audieritis me bona
terre comedetis ⁊c̄. De secūdo Leui. xviij. Custo-
dite leges meas atqꝫ iudicia que faciens hō viuet ī
eis: Ro. iiij. Moyses scripsit quoniam iusticiaꝫ q̄
ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. De tercio
Leui. xxvij. Dabo vobis pacem in finibꝫ vr̄is dor-
mietis ⁊ non erit qui exterreat. Item Deu. xxviij.
Si audieris vocem dn̄i tui vt facias oīa mandata
eiꝰ faciet te excelsiorem oībꝫ gentibꝫ ⁊c̄. s. in tp̄alibꝫ
Ecce ꝓmissa legis moysi. Sed quid ꝓmittit lex
machometi. Certe ꝓmittit suis credentibꝫ ꝓ fina
li beatitudine illud quod debetꝰ porcis ⁊ asinis scꝫ
gulam ⁊ coitum. Quam ꝓmissionem ph̄s respici-
ens qui fuit quasi istius secte. s. Auicenna. vij. me-
taphisice. vij. ca. Aliū finem quasi ꝑfectionū ⁊ ho
minū magis cōgruentem inquit. Lex nostra quā
dedit machometus ostendit infelicitatis disposi-
tionē ⁊ miserie que sūt s̄m corꝑis sensus. ⁊ est alia
ꝓmissio: que apprehenditꝰ ab intellectu. Sequitꝰ
ibi sapientibꝫ multomagis cupiditas fuit ad cōse
quendā hanc felicitatem q̄ corꝑis que q̄uis dare
tur eis non tn̄ attenderūt nec appreciati sūt eam ī
comꝑatione felicitatis que ē cōiuncta prime veri
tati. hec ille. Nobis autēꝫ in lege xp̄i excellētiora
ꝓmittūtur quia ꝓmisit bona sp̄ūalia ⁊ eterna scili
cet gratiam in p̄n̄ti que p̄cellit oībus bonis tp̄ali-
bus ⁊ etiam gl'iam in futuro. Tria autē specia-
liter obseruantibꝫ dei mandata promisit. s. regnū
celoꝝ. vitam eternam. ⁊ paceꝫ sine fine. De primo
Mathei. iiij. P̄niam agite appropinquabit vobis
regnū celoꝝ. De secūdo Math. xix. Oīs qui relin-
quit domum vel fratres aut sorores aut patrē aut
matrem vxorem aut filios aut agros ꝓpter nomē
meum centuplū accipiet. Non ē sic intelligenduꝫ
vt aliqui dixerūt q̄ post aliquam reuolutōem tē-
poꝝ post iudiciū centuplum oīm que dimittūtur
hic propter deum reddatꝰ in eadem specie vt cētuꝫ
agri ꝓ vno agro dimisso. sed ē sensus q̄ qui corꝑa-
lia pro xp̄o dimiserit bona gratie recipiet hic ī p̄n̄
ti que intātū excedūt bona tp̄alia: ac si cētenariꝰ
numerꝰ ꝑuo numero comꝑetur. ⁊ vitam eternam
possidebit. s. in futuro. De tercio Joh. v. Pacē re-
linquo vobis. pacem meam do vobis. s. qualis ego
sum. quia eternus cum patre ⁊ sp̄ūsancto nō qualꝰ
ē mūdus qui transit ⁊ eius pax. Et non est mirū.
si xp̄s dat suis credentibꝫ pacem eternam quia ip̄e
est princeps pacis. Esa. ix. Sequitꝰ ibidem. Et pa
cis non erit finis. hanc ꝓmissionē p̄dixerat Esa. fi
endam suis credentibꝫ ꝑ regem messiam ca. xxxij.
vbi dicitꝰ. Sedebit populus meus in pulchritudi
nem pacis. quia pax celestis ex nulla parte impe-
dietꝰ seu obscurabitꝰ. In tabernaculis. i. in mansi-
onibꝫ diuersis s̄m diuersitatē ⁊ varietatē merito-
rum. De quibꝫ Joh. xiij. In domo p̄ris mei mansi
ones multe sunt. fiducie quia oēs sunt ibi certi d̄
sue beatitudinis eternitate ⁊ in requie opulēta qr
ibi totalr̄ q̄etabitꝰ appetitꝰ s̄m illud ps̄. xvj. Satia
bor cum apparuerit gl'ia tua. Similr̄ in lege vete-
ri cōminatio erat mors tp̄alis. Unde Esa. j. capi.
Si me ad iracundiam prouocaueritis gladiꝰ de-
uorabit vos. sed in lege noua cōminatꝰ mors et̄na
Mat. xxv. Discedite a me maledicti in ignē et̄nuꝫ
Sic ꝫ pꝫ excellētia legis noue ex p̄dictis sex gradi-
bus. Ex quibꝫ correlatiue sequitꝰ legem xp̄i esse po-
rem lege moysi. non quidem tp̄e sed ꝑfectōne lꝫ fi-
des xp̄i fuerit prior lege moysi prioritate non solū
ꝑfectionis sed etiam tp̄is. qr ante. cccc. xxx. annos
vt patuit supra eadem consideratōne ar. ij. Et no
tandum q̄ euangeliū xp̄i dicitꝰ lex a legendo. quia
in eo legitꝰ diuina iusticia. dicitꝰ lex a ligando quia
ꝑ ipsum ligatur humana insolentia. Dicitur lex a
legendo. i. colligendo. quia de ipsa colligitꝰ sapida
scientia. dicitur lex a legando. quia in ipsa legatur
beatitudo eterna. Lex euangelica est illa lex: de q̄
dicitꝰ Eccli. xxiiij. Hec omnia liber vite ⁊ testamē
tum altissimi ⁊ agnitio veritatis. Uere liber vite
ē quia verba euangelica aīam viuificant. vere eti-
am testamentū altissimi. quia verba euāgelica et̄-
na premia obseruantibus promittūt. Uere etiaꝫ
agnitio veritatis. quia verba euangelica erroruꝫ
tenebras a mentibꝫ fugant. Hec est lex que in se ē
sincerissima ⁊ absqꝫ oī admixtione falsitatis. pro-
pter qd̄ dicitꝰ lex domini immaculata ⁊c̄. ps̄. xviij.
Hec ē etiam respectu oīm virtuosissima. ideo dici
tur conuertēs aīas. Lex euāgelica aīaꝫ dulcificat
cōtra mūdi multiplicem p̄ssurā qr ē testimonium
dn̄i fidele sapiam. i. sapidam sciam prestans ꝑuulꝰ
id est veris hūilibꝫ. Ipa nihilominus aīas letifi-
cat cōtra cordis tristiciam. ⁊ hoc ē quod sequitur
Justicie dn̄i recte letificātes corda. letificātes q̄-
dem quia ꝓmittūt penitētibꝫ veniā: ⁊ ꝑseuerātibꝰ
gl'iam Ipa etiam aīas illuminat cōtra ignorantiā
qr ē p̄ceptum dn̄i lucidū illūinans oc'los. Beatꝰ ꝫ
hō quē tu erudieris dn̄e hiesu ⁊ de lege tua docue-
ris eum: ps̄. xciij.

Qꝫ verus messias dꝫ nasci in Bethleem.

Quartus thesaurꝰ

aperitur de loco natiuitatis messie quem pnūciauit 7 determinauit specifice sacra scriptura Michee v. Et tu bethleem effrata puulus es in milib9 iuda. ex te mihi egrediet qui sit dominator in israhel. translatio chaldaica habet: Ex te egredietur messias. hoc autē vt ipsi 7 nos cōcedimus impletū est in hiesu nazareno qui natus est in bethleem vt p3 Mat. ij. Sequit̄ d eius deitate. Et egressus ei9 ab initio a diebus eternitatis eius. Per hoc autē dicunt aliqui q̄ non intelligit̄ deitas eius sed puisio 7 predestinatio natiuitatis eius a diebus eternitatis siue ab eterno. Sed hec responsio nihil valet. quia preuisio ab eterno de rebus omnib9 est cōmunis etiam de minimis. quia omnia sunt preuisa ab eterno. 7 per hoc non intelligeretur aliq̄ specialitas in christo respectu alioru3 prophetarum quantum cūq3 minorum. Et ideo dicūt aliqui iudei de nomine messie q̄ fuit ab eterno ante mūdu3 creatum. Septem em̄ dicunt ante mundum et ab eterno creata. s. lex. penitentia. gehenna. domus sanctuarij. thron9 glorie. paradisus voluptatis. 7 nomen messie. Et sic exponūt illud Gen. ij. Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis a pncipio. i. ante mūdum per duo milia annorum. Et sic exponunt illud: Et egressus eius a principio a diebus eternitatis de nomine messie qd̄ fuit ante mundū creatum modo predicto. Sed hec ita irrationabilia sunt q̄ non indigent reprobatōe. lex em̄ non potuit creari nisi in aliquo intellectu. non diuino quia nihil est ibi creatu3 nouiter nec i alio quia nullum tale erat ante mundū. Similiter penitentia non est nisi de peccato preterito ideo non est ante mūdum. quia peccatum non fuit añ mundum cum peccatum haberet esse in homine vel angelo qui s̄m ipsos non possunt fuisse ante mundū 7 consimili modo possunt alia reprobari que causa breuitatis omitto.

Qr nomen messie debuit esse nouum. et illud est hiesus.

Quintus thesaurus

aperitur de noie messie quod ante eius aduētum incognitū erat. dixerat enim Esa. in ca. lxij. Uocabitur tibi nomē nouū quod os dn̄i nominauit. Istud nouum nomen ore dn̄i p angelum fuit denūciatum Joseph 7 marie virgini qd̄ esset hiesus. Istud preciosum nomē ineffabile fuit dictū. Greci vo thetragramaton nominauerunt. a thetra quod est quatuor 7 grama litera quasi nomen quatuor lr̄arum. Et vt videat̄ nouitas istius benedicti nominis hiesus: aperio quinq3 mirifica secreta predicti ineffabilis nois thetragramaton. Primū secretum est q̄ in elementario sicut scribit̄ a iudeo ab eo pferri non pōt. Scribitur em̄ quatuor literis. s. ioth. he. vaf. he. velut si nostris vtamur literis. ih. vh. vnde 7 a grecis thetragramaton dicit̄ vt dictum ē qd̄ hebrei pnunciant Adonay. aliter scribētes 7 aliter pferētes. qz n̄ est eis datū ineffabilitatē huius nois penetrare vnde nec valent pferre. Secūdum secretū est q̄ istud sanctū nomen significat mysterium trinitatis 7 vnitatis diuine essentie. Tres nanq3 lr̄e sūt quibus ipsum sanctum nomē scribit̄ s3 vna earum bis ponit̄. s. he. que innuit spiritumsanctu3 pcedētam a filio q̄ a patre. Joth idē ē quod principiu3 7 cōuenit pr̄i qui ē principiū sine principio. qz pat a nullo s3 alie psone ab eo pcedunt. he interptatur vita 7 cōuenit spirituisancto qui ē oim viuificator 7 inspirator sicut ipe dn̄s ait Jo. vj. Sp̄us est q̄ viuificat. vaf idem sonat qd̄ ipse qd̄ est pnomen demonstratiuū 7 significat filiū qui visibilis 7 demōstrabilis factus ē in assumpta hūanitate. qz i terris visus ē 7 cum hoibus conuersatus ē: Baruth. iij.

Terciū secretum ē q̄ istud sanctū nomē vt tradūt peritissimi hebreo2 tāte virtutis ē vt si distinguatur in tres dictōnes quelibet significet nomē dei. p se idipm significans qd̄ 7 integrū nomen qd̄ ex quatuor literis cōstat. Si em̄ primam cōiunxeris 7 scd̄am. s. Joth 7 he. erit vnū nomen. Si secūdam 7 terciam. s. he 7 vaf. iam habebis secūdū. Si terciam 7 quartā. s. vaf 7 he. inuenies terciū nomē vt innumera trinus 7 vnus qui hoc noie designat̄

Quartū secretū qd̄ bis maius ē q̄ ita secundū nomen ppagatur a primo 7 terciū a secūdo vt aliud sine alio pnūciari nō possit. He nāq3 litera cōmunis est primo noi 7 secūdo. vaf cōis est secūdo et tercio. in hoc q̄ secundu3 nomen descēdit a primo ostēditur filius cōsubstantialis patri a quo genitus ē. In hoc vo q̄ terciū descendit a secūdo ondi tur spūssanctus cōsubstantialis filio qui cōsubstātialis ē patri vt liqueat q̄ pater est in filio 7 filius sit in patre 7 spiritussanctus in patre 7 filio: Joh. xiiij. Quintū secretū est q̄ in hoc dei noie video ineffabili nomen hiesu ē insertū imo nō est aliud nomē q̄ istud p3 tres em̄ lr̄e eius pricipales sunt Joth he vaf. que s̄m lr̄as nostras idem sunt J h v. 7 p3 q̄ iste tres lr̄e cōiuncte faciūt istd̄ nom ihu. titellus supraponit̄ propter titulū crucis. he vo vel h duplicat̄. significat nō solu3 spm̄sanctum pcedere a pr̄e 7 filio: s3 etiam mysteriū incarnationis designat. quia spūsancto coopante 7 nō ex virili semine cōceptus ē messias hiesus xp̄s dn̄s noster vt primū he referatur ad pductionē spiritussancti. secundū vo ad cōceptōem siue incarnatiō3 verbi diuini. Ecce ergo nomē nouū qz nouiter ab angelo pnunciatū. non potētib9 iudeis illud prio pnunciare. 7 sicut ipe messias vocatus est nomine nouo sic etiā fui sui sicut pdixerat Ysa. in cap. lxv. Seruos suos vocabit noie alio in q̄ qui bn̄dict9 ē sup terrā bn̄dicet̄ in dn̄o amen. Serui ei di añ aduentū messie vocabāt iudei vel isrl̄. s3 messias i suo aduētu debebat eos vocare alio noie vt nō iudei. nō isrl̄ s3 xp̄iani a xp̄o nominent̄. Sz oriunt̄ due difficultates q̄s forte moueret iude9. Prima ē cū pluribo alijs noib9 messias nominet̄ in scriptur. s. emanuel: Esa. vij. admirabilis. cōsiliarius. de9. fortis. priceps pacis. pater futuri seculi: Ysa. ix. quare ergo nō ill's vocari voluit hiesus. Rn̄det̄ q̄ s̄m pl̄m a fine denoiat̄ res. j. de aia. xp̄s igit̄ debuit denominari a fine intēto q̄ finis fuit saluatō hūani gener. 7 iō debuit noiari ih̄s qd̄ intptat̄ sal9 vl' saluatio. Ipe ei saluū faciet pplm suū a peccatis eo2 Math. j. Itē dicit scr̄s Tho. q̄ poti9 debuit nominari isto noie qd̄ ē salus vel saluatio q̄ aliq̄ alio qz oīa alia noia includunt̄ in isto. p3. Nā saluatio generis hūani continet principiū mediū 7 finem. Istud nomē emanuel qd̄ interptat̄ nobiscū deus. ē principiū saluatōnis nr̄e. qūo in diuino supposito vnite sunt due nature. s. diuina et hūana. Ista vo noia admirabilis. cōsiliarius cōtinēt medium Ista noia princeps pacis. pater futuri seculi. cōtinēt finē. qz nr̄a saluatio ad pacē 7 ad futu2 seculū possidēdū ordinabit̄. Sz istud nomē bn̄dictū ih̄s totum pcessū rōne saluatōis ptinet. s. principium medium 7 finē. Ideo isto nomine hiesus tāq̄ magis sufficienti. quia includit omnia alia nomia debuit messias nominari. Secunda difficultas ē diceret em̄ iude9. qūo tu dicis q̄ istud nomen ih̄s

est nouū: cū alij tres añ aduentū ihesu nazareni fuerūt vocati isto noīe. s. ihesus syrach. ihesus naue ⁊ ihesus filiꝰ Iosedech sacerdos. Rn̄sio ꝙ istud nomen ihesus est nomē nouū in xp̄o ꝓpter effectū nouū. q2 etsi in alijs qui vocati sunt hoc noīe ihesus nomē fuerit correspondens ꝓprietati. q2 saluauerūt ⁊ fuerūt saluatores. Istud fuit in tꝑalibꝫ. nō ī spūalibus. illi saluauerunt ppl'm a multis malis ⁊ damnis. nō tñ a culpa et pc̄tis sicut bn̄dictus noster ihesus dicēte angelo Ioseph Math. j. Vocabis nomen eius ihesum. ipse em̄ saluū faciet ppl'm suū a pc̄tis eoꝝ. Itē illi saluauerūt in tꝑe: et saluatio eorū transiuit cū tꝑe. Noster bn̄dictus saluauit in tꝑe: sed eius saluatio durat sine temꝑe ineternū. Et ideo in eo habet verā ꝓprietatē nomīs nō in alijs. q2 ſm loycos: nomen est vox significatiua sine tꝑe. Nomē ihesus in alijs fuit vox significatiua cū tꝑe. q2 solū in tꝑalibus ⁊ tꝑaliter nō spiritualiter nec eternaliter saluauerunt. Sed ī xp̄o ihesu vero messia fuit ⁊ est vox significatiua sine tēpore cū sua saluatio sine temꝑe hoc ē ineternū sit: vt dictū est. O benedictū nomē ꝑ te pc̄tores a peccatis saluant̄: Math. j. ꝑ te remissionē pc̄toꝝ accipiunt om̄s qui credūt in eū cuiꝰ est nomē: Act. iiij. et. j. Io. ca. ij. Sine te nō est aliud nomen sub celo datū hominibꝫ in quo oporteat nos saluos fieri: Act. iiij. Tu es nomen honorabile in celo ⁊ in terra et in inferno: ad Phil'. ij. In nomine ihesu om̄e genu flectat̄ celestiū. terrestriū ⁊ infernoꝝ. Tu in ꝑiculis. in p̄lijs. in malis. in angustijs. in tribulationibus et necessitatibus es ꝓtectio et defensio firma: Prouer. xviij. Turris fortissima nomē dn̄i. ad ipsum confugit iustus et saluatur. et nō solum iustus sed ⁊ iniustus: si cum fide et deuotione recurrerit. ꝑ te demonia eijciunt̄. linguis nouis homines loquunt̄. et serpentes tollūtur. venenū mortiferum nō nocet. et languores sanant̄: Math. vlti. Tu es mel in ore. melos in aure. iubilus in corde: ſm Bern̄. Nō est ergo mirū si hoc est nomen tuū admirabile ī vniuersa terra: vt finaliter qui te inuocauerit fide formata charitate saluus sit: Iohelis. ij. Quicꝫ inuocauerit nomen dn̄i saluꝰ erit. scꝫ in nomine quod saluatio vel salus interp̄tat̄ sicut est nomē ihesus. Si plura alia singularissima vis videre de hoc gloriosissimo nomine: vide in vigintiduobus sermonibꝫ quos al's feci ob eiꝰ honorem suꝑ themate est nomen eius Ihesus.

Qr vero Messie in lege ꝓmisso debebant offerri munera in suo aduentu.

Sextus thesaurꝰ aperitur de veneratione Messie.

Sacra em̄ scriptura prenūciauit et specifice determinauit ex tempore Abrahe ꝙ reges orientis venirent ad adorandū messiam regē. et ꝙ ei ducerēt aurum ⁊ incēsum. quod apparet etiam manifeste ſm doctores hebreoꝝ ex sequētibus auc̄tibus. Et primo dicit̄ in beresith zota. i. in Genesi paruo. dixit rabi Rabosie. si dixero tibi vnū verbū bonum dices tu noīe meo. et dixit ei. ⁊ qđ est illud verbuꝫ. Rn̄dit scias ꝙ oīa munera que dedit Iacob pater vester ipsi Esau: Gen̄. xxxiij. significat ꝙ ꝑ tꝑe debēt gentes redire ad regē messiā. q2 scriptū ē psal. lxxj. Reges arabū ⁊ saba dona adducent. ⁊ dixit ei verbū. dixisti mihi ꝑ vitam tuā: ego dicaꝫ nomini tuo. Iteꝫ dicit thalmuth in beresit. Rabba rabi Moysen darsan. Saba sunt filij abrahe. q2 sic scriptū ē Gen̄. c. xxv. Abrahā vo aliā duxit vxorē nomine cethurā que peꝑit ei zamrā ⁊ iexan ⁊ madan ⁊ madian ⁊ iesboth et sue. Iexan quocꝫ genuit saba et dadan. Etiā quādo augmētauit salomō regnū suū dixerūt. Forte iste est messias. et illa hora venerunt ad eum sicut scriptū est. iij. Reg. c. x. Sꝫ et regina saba audita fama Salomonis: in nomine domini venit temptare eū. Inq̄tum dicit ī nomine dn̄i: apparet ꝙ ꝓphetabant in nomine dn̄i: sicut habebant mandatū Abrahe vt sic facerent. Et vnde ꝓbatur ꝙ debent venire tꝑe messie ⁊ seruire sibi: Isa. dicit. c. lx. Oēs de saba veniēt auꝝ ⁊ thus deferentes: et laudē dn̄o annūciantes. iste est messias. Ecce quō ex auctoritate p̄dicta ostēdit̄ ꝓpositū. Verūtamen si dicat iudeus ꝙ intentio Isa. ī illa ꝓphetia erat ꝙ cuꝫ messias erit sedens ī regno suo in hierusalē ꝙ illa hora ꝓpter magnā famā suaꝫ omnes reges mittent ei dona: et veniēt ad visitandū et glorificandū eū sicut faciebant Salomoni ꝓpter suam magnaꝫ sciam. Respondet̄ ꝙ hoc nō habet locū. q2 textus dicit. ⁊ laudē dn̄o annūciātes. quod annūciare dicit̄ ī hebraico bozora ⁊ istud nomē significat narrare aliquā rē quā homo scit illi q̄ nescit. ⁊ illo mō quo aduersariꝰ declarat textū nō esset sic. q2 iā scirent illi de hierusaleꝫ. sed tñ eo modo quo fuit in aduentu xp̄i. venit bene cōcorditer in vocabulo annūciare. q2 reges qui venerunt in natiuitate ihesu xp̄i hierl'm: quesierunt ab herode et ab existētibꝫ in ciuitate vbi ē qui natus ē rex iudeoꝝ: Mat. ij. sicut ip̄i sciebāt ex suis ꝓphetijs: sicut supra dictū ē ī auc̄te. ⁊ hierosolymite mirati sūt de hac narratōe. q2 istō erat eis ignotū q̊uscꝫ petierūt a sacerdotibꝫ ⁊ a sapiētibꝫ. Qui rn̄derūt ꝙ si veꝝ erat ꝙ natꝰ erat ꝙ sua natiuitas debebat esse in bethleē: sicut plenissime cōtinetur Math. ij. Et in tali casu optime verificat̄ verbum ꝓphetie ſm hebraicā v̓itatē. ⁊ laudē dn̄o annūciātes: et nō ſ m expositōem iudeoꝝ.

Qr verus Messias debuit venire pauper et mansuetus.

Septimꝰ thesaurus aperitur de modo viuendi messie.

quem modum sacra scriptura p̄nūciauit ⁊ specifice determinauit. s. ī maxima pauꝑtate ⁊ māsuetudine. De primo Zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator: et ip̄e pauꝑ. Et Isa. liij. Ascēdet sicut virgultū et sicut radix de terra sitiēti qđ nō habet magnos ramos nec folia aque defectu. h̄ impletū est in ihesu nazareno qui natus est ī paupertate. Vnde hoc fuit datū pro signo pastoribꝫ: Luce. ij. Inuenietis infantem pannis inuolutuꝫ: et positū in presepio. Vixit etiam in magna paupertate. Vnde ipse dixit Math. viij. ⁊ Lu. ix. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos: filiꝰ autē hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Mortuus est etiam in magna paupertate. quia nudus in cruce. suū etiaꝫ corpus fuit inuolutū ī syndone aliena. Fuit etiā sicut pauꝑ sepultꝰ. q2 in sepulcro alieno: vt patet Mat. xxvij. ⁊ Mar. xv. ⁊ Lu. xxiij. ⁊ Ioh. xix. De secūdo. s. ꝙ messias debēt esse mānsuetus. q2 dicit̄ Isa. xlij. vbi ad literam loquit̄ de Messia. Calamū quassatū nō conteret et linū fumigans nō extinguet. in veritate educet iudiciūꝫ. Videmus sane ꝙ calamus quassatus leuiter pōt ꝑfringi. linū autē fumigans. i. linū combustū. sed tñ aliquid retinēs fumi. id ē ignis: ꝑfacillime pōt extingui. Sed quid ꝑ calamū quassatum vel linū pene extinctuꝫ melius q̄ peccatoris fragilitas qui

ꝯquassatus 7 pene ĩ pcc̃o est extinct⁹ põt intelligi. Calamũ autẽ quassatũ xp̃s nõ ꝯtriuit. 7 lignũ fumigãs nõ extinxit. q2 pcc̃ores pene mortuos ĩ peccatis occidi nõ p̃cepit sed miscoꝛditer tolerauit. 7 ad pn̄iam reuocauit. quod ex ꝯsequẽtibus designauit ꝓpheta cum addidit. in veritate educet iudicium Ueritas quippe 7 iusticia idẽ est. In lege v̓o moysi iudiciũ erat et p̃ceptũ peccatores occidi. Christus aũt ad veritatẽ 7 iusticiã adduxit iudiciũ3 qm̃ pcc̃ores nõ occidi: sed qđ iustius est donec penitterent sustinere p̃cepit cũ dixit. Nolo mortẽ peccatoris sed vt ꝯuertat̃ 7 viuat. Fuit etiã humilimus 7 mãsuetus. q2 ipse dixit Math. xj. discite a me q2 mitis sum 7 humilis corde. 7 ꝓpter suã mãsuetudinẽ sub noĩe agni fuit ostensus populo a Johãne baptista dicente. Ecce agnus dei: Joh. j.

Q2 verus Messias debebat mori ĩ maxima humilitate inter sceleratos.

Ctauus thesaurus

apitur de mõ moriendi messie: quẽ modũ sacra scriptura p̃nũciauit 7 specifice determinauit ĩ maxia hũilitate. Un̄ Isa. liij. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est: 7 quasi agn⁹ corã tondẽte se obmutescet: 7 nõ apuit os suũ. Qđ manifestissime impletũ ẽ ĩ Jhesu nazareno. q2 ipse añ pylatũ adductus: falsoq3 accusatus. verberat⁹ etiam 7 colaphis cesus ꝯticuit. 7 ipse pylato de pluribus eũ interrogãti verbũ vix aliqđ r̃ndit. Ipe etiã debebat inter sceleratos reputari: sicut dicit̃. c. eodem. 7 cũ sceleratis reputatus ẽ. quod impletũ fuit in xp̃o. q2 inter latrones crucifixus.

Q2 debebat mori ꝓpter peccata hominũ.

Onus thesaur⁹ ape

ritur de cã mortis messie quẽ cãm sacra scriptura p̃nũciauit 7 specifice determinauit. s. ꝓpter pcc̃a hoĩm generalit̃. patet Isa. vbi supra. Om̃s nos quasi oues errauim⁹ vnusquisq3 ĩ viã suã declinauit. Oues quippe simplicia 7 stolidissima sunt aĩalia 7 vaga. 7 nos stulti quasi oues errauimus. q2 ip̃m qualis vel quis esset non nouimus. Unusq̃sq3 aũt in viã suã declinauit. hoc ẽ doctrine sue vix vllus credidit. sed suã quisq3 veterez retinuit. 7 dñs posuit ĩ eo iniq̃tates oim̃ nr̃m. i. originale pcc̃m quo irritemur oẽs. Ipse autẽ vulneratus ẽ ꝓpter iniq̃tates nr̃as: attritus ẽ ꝓpter scelera nr̃a. 7 disciplina pacis nostre sup eũ. i. disciplinã 7 correctiõe3 quã vt pacẽ haberem⁹ passuri eramus ꝓ nobis. ip̃e sustinuit vt misericors 7 benign⁹ Un̄ sequit̃. 7 liuore ei⁹ sanati sum⁹. liuore. s. flagelloꝝ 7 vulneꝝ que ꝓ nobis est ꝑpessus. 7 ĩ fine capituli. ipse pcc̃a multoꝝ tulit: et ꝓ transgressoribus orauit. qđ totũ habet veꝝ. 7 impletũ est in Jhesu nazareno: vt patet in euangelio.

Q2 tercia die resurgere debuit a mortuis.

Ecimus thesaurus

aperitur de resurrectione Messie qua3 sacra scriptura prenunciauit 7 specifice determinauit: ac etiã eius ascensionẽ ad dexteram dei. Primũ patet Osee. vj. vbi dicit̃. Uenite et reuertamur ad dñm. quia ipse cepit 7 sanabit nos. ꝑcutiet et curabit nos. viuificabit nos post duas dies: et in die tercia suscitabit nos: et viuemus ĩ conspectu eius. Capitulũ istud exponit̃ a fidelib⁹ hebreis de aduẽtu Messie. diuersimode tamen. quia rabi Salomon exponit applicando ad tribulationẽ in qua sunt nũc iudei positi ꝑ mundũ dispersi a qua suis orationibus publicis et priuatis petũt liberari ꝑ Messiam cuius aduentũ expectant. Dicit ergo. Uiuificabit nos post duos dies. in tercia die resuscitabo vos. Per primã diem dicit q̃ intelligitur tempus primi templi ꝑ Salomonẽ edificati. cui successit nox destructõis ꝑ chaldeos. Per secundã diem tempus secundi ꝑ Zorobabel reedificati. cui successit nox destructionis per romanos Per terciam diem dicit q̃ intelligitur tempus tercij templi ꝑ Messiam edificandi. de quo exponũt edificationẽ templi que habetur in fine Ezechielis s̃m errorem suum. hoc dictũ fundat̃ sup falsu3 sc3 q̃ christus sit venturus q̃ iam transiuit in p̃teritũ. sicut diffuse in ꝑtione primi thesauri 7 in sequentibus fuit declaratũ. et quo ad errorem tercij templi materialis in tercio libro plenius declarabit̃. Est ergo sensus s̃m veritatẽ. viuificabit nos post duos dies. s. mortis et sepulture sue ipse Messias. et in tercia die resuscitabo vos. s. resurgens a mortuis. quod dicit q̃ eius resurreccio est principiũ resurrectionis nostre ad vitam immortalem. Unde. j. Coꝝ. xv. Christ⁹ resurrexit a mortuis primitie dormientiũ. qm̃ ꝑ hominẽ mors: 7 ꝑ hominẽ resurrectio mortuoꝝ. et sicut in Adã omnes moriuntur: ita et in christo om̃es viuificabunt̃. Ista expositio magis ꝯsonat lr̃e q̃ precedẽs. q2 accipit̃ dies ꝓprie. Sequit̃. 7 viuemus in conspectu eius. sc3 vita gratie in p̃nti: 7 vita glorie in futuro. Et non est mirꝝ. quia ipse xp̃s Messias verus est via veritas et vita: Jo. xiiij. Q2 autẽ Messias debebat resurgere tercia die s̃m doctores hebreoꝝ: declarat Rabimosse darsan in genesi magno sup textũ capituli. xxij. Die autẽ tercio eleuatis oculis vidit locum ꝓcul. dicit rabimosse. multe trinitates dei habent̃ in scriptura. et vna earũ est resurrectio Messie. Ueruntamen secundũ. s. q̃ Messias sedeat ad dexterã dei. apparet ex vna auctoritate que ẽ ĩ midras tulim. i. in glosa psalterij sup illud psal. xvij. Et dedisti mihi salutem protectionis tue: 7 dextera tua suscepit me. vbi dicit rabi Jodan nomine rabi Hãma. Tempore venturo deus faciet sedere regem Messiam ad dexterã suam. quia sic scriptũ est psal. cix. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. vbi dicit translatio chaldaica. Dixit domin⁹ verbo suo: et Abraham erit sedens ad partẽ sinistram: et facies eius pallide erunt dicendo domine. et filius filij mei sedet ad partem dexterã: 7 ego ad sinistrã. Sed deus consolabitur eũ dicendo filius filij tui est ad dexterã meam. et ego sum ad dexteram tuam. et illa hora Abraham erit contentus. hoc est quod dixit dauid et dextera tua suscepit me. psal. xvij. Item dicit in libro Aginga ĩ. c. quod incipit. est dorsin. vna scriptura dicit ĩ daniele. c. vij. throni positi sunt. quod ẽ plurale. Et postea dicit. thronus eius flammeignis quod est singulare. videntur duo textus contrarij. Dicit rabi Aquiba. non sunt contrarij. quia vnus thronus est pro deo. 7 alius ꝓ dauid. Declarat rabi Salomõ. Iste dauid est messias. Itez dicit in berescith raba. i. in genesi magno. Rabimosse darsan super textũ Geñ. c. xviij. Et Abraham adhuc stabat corã dño. vult dicere quod dixit psalmista psal. xvij. 7 dedisti mihi ꝓtectõem salutis tue. Iste est abraham cui dixit deus. Noli timere Abraham. ego ꝓtector tuus sum: 7 dextera tua suscepit me. Iste ẽ

messias de quo scriptũ est. Dixit dñs dño meo: se-
de a dextris meis. Dicit rabi Amon hoc quod di-
xit textus. ⁊ Abraham adhuc stabat coram domi-
no. correctio est sapientũ. quia primo erat scriptũ
et dñs adhuc stabat coram Abrahã. ⁊ rabini mu
tauerunt cũ multis aliJs mutationibus que fece-
runt in sacra scriptura. inter quas vna est in psal.
xxj. vbi dicit. Circumdederunt me canes: consili-
um malignantiũ obsedit me. carn. i. foderũt man⁹
meas et pedes meos. Sed rabini mouerunt illud
carn. quod sonat foderunt. ⁊ posuerunt ĩ loco suo
caari quod sonat sicut leo. Et multe haꝝ mutati-
onũ mirate sunt plenissime ĩ midras tulim: id est
in glosa psalterij ĩ quo dicit̃. ꝙ de istis mutatõibꝫ
ꝓpter eos dicit ꝓpheta Hiere. xxiij. puertistis ṽba
deoꝝ viuoꝝ dñi sabaoth dei vestri: et Hiere. ĩ ca. ix.
de eis dixit. Ueritatẽ nõ loquent̃: docuerũt liguã
suã loqui mendaciũ. Ecce ꝯclare ĩ suismet libris
condemnant̃ tanꝙ falsi ⁊ mendaces illi qui muta
uerũt verba dei. Nec ꝯsensit spũssanctus ꝙ omĩa
ĩ thalmuth essent mẽdacia ⁊ falsa: vt ꝑ verba ibi-
dem inserta confunderet̃ cecitas iudeoꝝ.

Qz verus messias debebat dare suis credẽtibꝫ ĩ
pñti gratiã suã. ĩ futuro gloriã sempiternã.

Undecimus thesau-

rus aꝑitur de ꝓmio credentiũ ⁊ sequen-
tiũ messiã in pñti ⁊ ĩ futuro. qđ ꝓmiũ sa
cra scriptura ꝓnũciauit et specifice determinauit ĩ
duobꝫ locis. Primo Ysa. lxv. vbi ad lr̃aꝫ loquit̃ de
rege messia. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurie
tis. Ecce serui mei bibent et vos sitietis. Ecce ser-
ui mei letabunt̃ ⁊ vos confundemĩ. Ecce serui mei
laudabunt ꝓ exultatione cordis: et vos clamabi-
tis ꝓ dolore cordis: et ꝓ contritione spiritus vlula
bitis: et dimittetis nomẽ vestrũ in iuramentũ ele
ctis meis: et interficiet te dñs deus: et seruos suos
vocabit nomine alio. In quo qui benedictus ẽ su
per terram benedicetur in deo Amen. Que omĩa
implent̃ in premio quod dat Jhesus nazarenus se
quentibus eum. Dicit enĩ. serui mei comedẽt. s. cor
pus meũ. vnde ait. Nisi manducaueritis carnẽ fi
lij hominis: Joh. vj. Et ibidem. Caro mea vere
est cibus. Uel comedent doctrinã spũalem vel my
steria fidei. Uel comedent. s. in futuro cognitionẽ
veritatis. hoc ẽ diuinitatis. vnde ait. Ut edatis
⁊ bibatis suꝑ mensam meã in regno p̃ris mei: Lu-
ce. xxij. Et psal. xvj. dicit̃. Satiabor cuꝫ apparu-e
rit gloria tua. Sic ꝰ ait xp̃s. Serui mei comedent
⁊ vos. s. increduli iudei ⁊ damnati esurietis. Ecce
serui mei bibent. s. aquã viuã: Joh. vj. Si quis si-
tit veniat ad me ⁊ bibat. Et iteꝝ Joh. iiij. Qui bi
berit ex aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aque
salientis in vitã eternã. hec aqua viua ẽ gr̃a spũs-
sancti quã christus dat suis fidelibus in presenti.
Et ideo facit eos saltare ĩ vitã eternã. quia aqua
tantũ ascendit naturaliter quantum descẽdit. Et
qz illa gratia descendit a deo qui sedet in celo vbi
est vita eterna. Ideo fiet in eo fons aque saliẽtis ĩ
vitam eternam. Uel sic. serui mei bibent. s. sangui
nem meũ: quia sanguis meus vere est potus Joh.
vj. Et ibidẽ. Nisi manducaueritis carnẽ filij ho-
minis et biberitis eius sanguinẽ nõ habebitis vi-
tam in vobis. Et vos. s. increduli iudei ⁊ damnati
sitietis. s. aquã viuam et sanguinẽ meũ. Ecce serui
mei letabunt̃. s. in eterna beatitudine. Unde Joh. is
vj xp̃s dicit. Gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis.
Et vos. s. increduli iudei ⁊ damnati confundemĩ.

scꝫ videntes alios in locum vestrum successisse. Ec
ce serui mei laudabunt pre exultatõne cordis. ẜm
illud psal. lxxxiij. in secula seculorum laudabũt te.
et vos scꝫ increduli iudei et damnati clamabitis.
scꝫ in inferno pre dolore cordis. s. ex consciẽtia pec
catorũ. et ꝓ contritione spiritus vlulabitis. quia
ibi erit fletus ⁊ stridor dentiũ: Math. xxv. ⁊ dimit
tetis nomen vestꝝ. s. aliJs in locũ vestꝝ succedenti
bus. Ideo sequit̃. ĩ iuramentũ electis meis. vt. s. de
cetero nõ vocemĩ circũcisio sed cõcisio. nec me ha-
beatis qui sũ via. veritas ⁊ vita: Joh. xiiij. ẜ electi
mei dicent̃ filij abrahe sicut vos olim. Sequit̃. et
interficiet te dñs deus. s. spiritualĩ gladio cũ dixe-
ro. Ite maledicti in ignẽ eternũ ⁊c. Math. xxv. et
seruos suos vocabit alio nomĩe. s. christiano a me
ipso ihesu xp̃o. in quo qui bñdictus est suꝑ terram
credendo ⁊ sequendo benedicet̃ in deo amẽ. Cũ. s.
dicã in iudicio electis meis. venite benedicti p̃ris
mei ⁊c. ca. eodẽ. Itẽ scđo determinat̃ ĩ sacra scri
ptura ꝓmiũ eternũ sequentiũ messiã ihm christũ:
Ysa. lj. vbi dicit̃. qui redempti sunt a dño reuertẽ
tur ⁊ veniẽt ĩ syon laudãtes: ⁊ leticia sempit̃na suꝑ
capita eoꝝ. Gaudiũ et leticiã tenebunt: fugiet ab
eis dolor et gemitus. Ego egoipse consolabor vos.
quod sic exponitur. qui redempti sunt a dño. s. san
guine filij reuertent̃. s. ad viam iusticie: et venient
in syon. i. in p̃sentẽ ecclesiam. et beatitudinẽ eter-
nã laudantes. s. ⁊ dicentes. Beati qui habitãt in
domo tua dñe: in secula seculorũ laudabũt te. psal.
lxxxiij. ⁊ leticia sempiterna que. s. nõ deficiet suꝑ ca
pita ipsoꝝ. i. suꝑ eoꝝ mẽtes: gaudiũ ⁊ leticiã obti-
nebũt. s. in celo fugiet dolor ⁊ gemitus. qz absterget
deus omnẽ lacrimã ab oculis sanctoꝝ: Apoc̃. xxj.
Ergo egoipse. s. filius. qz alius nõ põt. cõsolabor
vos. q̃ dicat. Inuocasti me ⁊ ego cõsolabor vos:
⁊ nõ ꝑ ꝓphetas sed ꝑ meip̃m glorificãdo. qa hec ẽ
vita eterna vt cognoscant te deũ veꝝ: et quẽ misi-
sti ihesũ xp̃m: Joh. xvij. vita enĩ eterna siue btitu-
do ꝯsistit essentialiter in aspectu claro ip̃ius diui-
nitatis vt tñ habet adiunctã fruitõem que ẽ com
pletiua felicitatis cũ firma tẽtione. Ex ꝯsequenti
tñ ꝯsistit beatitudo in aspectu humanitatis xp̃i q̃
est instrumentũ nos inducẽs ad beatitudinẽ prin-
cipalẽ. beatitudo enĩ homĩs coniũctio est ad vlti-
mũ ⁊ optimũ bonũ. ⁊ ideo nõ põt ꝯsistere in ꝯiun-
ctione ad aliquod bonũ tꝑale vel corporale: vt di-
cunt rudes saraceni. qui expectant ĩ alia vita ĩ vo-
luptatibus carnalibus et diuitiJs et aliJs cõsimi-
libus premiari. ẜm ꝙ dicitur in alchorano Ma-
chometi. que tamen vita ẜm phm dicit̃ vita pecu
dum. i. ethicoꝝ. ꝓpter qđ ipse Auicẽna hoc ꝯside-
rans dicit. ꝙ ꝓpheta quẽ vocat Machometũ pro
mittit eis talem felicitatẽ in premiũ quã multi sa
pientes nõ attenderũt: sicut patuit supra ĩ a ꝑtiõe
tercij thesauri ĩ sexto gradu ꝑfectionis legis euan
gelice. Silr̃ iudei resurrectionẽ futurã expectant
ad vitam carnalẽ. ⁊ ideo felicitatẽ vite future cre
dunt consistere in bonoꝝ temporaliũ plenitudine
⁊ pacis trãquillitate: vt patet vbi supra. Sꝫ btitu
do xp̃ianoꝝ est ĩ adeptõe summi boni ꝑ apertã visi
onẽ ⁊ fruitõem ⁊ firmã tentionẽ. Considerãdũ
est etiã ꝙ cũ filius dicit ad patrẽ: Joh. xvij. Hec ẽ
vita eterna vt cognoscãt te solũ deũ. ꝑ hoc nõ ha
betur ꝙ solus pater sit deus. ⁊ fili⁹ creatura: vt di-
cebat Arrius: qz hec dictio exclusiua solus nõ de-
terminat ly te. ita ꝙ sit sensus ꝙ solus pater sit de⁹
sed determinat ly deũ. ⁊ ẽ sensus ꝙ illa est sola dei-
tas vera que est in patre: et sic ab illa nõ excludi-
tur fili⁹ sed magis includit̃. quia vna est deitas in
vtroq꜄. sed excludit̃ vera deitas ab his qui a gen

tilibus colebant.s. Joue.saturno.7 similibus. Di co etiā q̄ hec dictio sol⁹ determinet ly te:vt sit sen sus.q̄ solus pater sit deus.nō tamē p hoc excludit filius a deitate.sed magis includitur.qa fm pħm solus idē est qđ nō cum alio.7 ideo tm̄modo exclu dit illud quod alietatē dicit.filius autem non est ali⁹ a patre in essentia sed tm̄ in psona. Et ideo qn̄ hec dictio solus additur vni persone respectu ter mini essentialis sicut est i ꝓposito.nō excludit ali am psonam sed magis includit.7 hoc patet p au ctoritatem saluatoris Math.xj. vbi dicit. Nemo nouit filiū nisi pater: neq̄ patrē quis nouit nisi fi lius. Si em̄ hec dictio exclusiua addita vni psone respectu termini essentialis excluderet aliā: seque ret q̄ pr̄ nō cognosceret se sed tm̄ filius.et filius nō cognosceret se sed tm̄ pater.quod est absurdū dice re.patz ergo premiū sequentiū xp̄m.q2 est beatitu do eterna in visione diuinitatis cū fruitōe 7 firma tentōe.7 sic beatificabit aīa rationalis.et i visio ne clara humanitatis xp̄i.et sic beatificabit corp⁹ humanū vt sit pfecta beatitudo i corpe 7 aīa. Cre auit em̄ deus hoīem vt totū beatificaret.7 pascua inueniret intus et extra fm Aug.intus in deitate saluatoris.7 extra in carne redemptoris.

Q2 psecutores veri Messie a ꝑpetua pena i pn̄ti nō debebāt releuari:nec i futuro a dānatiōe etna.

Duodecim⁹ thesau

rus aperitur.s.pena psequentiū messiā in pn̄ti 7 in futuro.quā penā sacra scriptu ra ꝓnunciauit 7 specifice determinauit. 7 primo d̄ pena in pn̄ti vita. Unde Amos.ij. Sup trib9 sce leribus israhel 7 sup quatuor nō conuertā euz. qa vendiderunt iustū p argento.s.ihesum nazarenū. Sed ad hoc respondēt iudei quadrupliciter. Pri mo q̄ iste textus loquit de scelere israhel nō iuda. 7 sic nihil ꝓ nobis.q2 illud scelus Jhesu nazareni cōmissum est in iuda nō in israhel. 7 maxime quia ꝓpheta loquit hic primo de sceleri9 iuda. postea de israhel in textu. Sed ista rn̄sio nulla ē.q2 i tem plo secūdo venerūt 7 fuerūt de captiuitate decem tribus.7 fuerūt omnes ꝯgregati simul de israhel 7 de iuda p licentiam datam p Cyrū regē psarū3. 7 patet etiā Nee.vij.7.xviij capitulis.habitauerūt oēs israhel i ciuitatibus suis. Jtem Ysa.xj. Quō desolabit dn̄s linguā maris egypti.s. Nilu3:vt trā sirent calciati.vide hec pulcre i lyra quomodo d̄ fuit. Tunc omnes venerunt ad secundū templū.7 vocati sunt israhel. Quod ergo premittit in textu primo de sceleribus iuda respicit ad destructionē primi templi.quia illi de israhel nō erant ibi.7 ta men subiungitur in textu.de sceleribus israhel: re spicit destructionē secūdi templi.q2 omnes de isra hel 7 de iuda erant ibi.7 oēs vocati sunt israhel. patet hoc p rabi Moysen de egypto qui formali ter dicit in libro sofrin. Mors ihesu nazareni fuit causa vt destrueretur israhel ense. Ecce quomodo vocat omnes de secūdo templo israhel. Jtē pecca tū quod tm̄modo iuda fecit peccatū iuda appella tur. Quod aūt iuda simul fecit 7 israhel peccatu3 vocat isrl'.hierosolymis em̄ tūc erat cū Juda ma gna pars filiorū3 Beniamyn et leui. Jure igit ꝯs totius debet suscipere nomē. Est et alia nō inferi or causa:quia videlicet populus israhel licet tunc morti nō corpore pn̄s fuisset.audito tamē q̄ eoru3 fecerant socij eoꝝ culpe laudatores 7 consentanei 7 participes omnino facti sunt volūtatis. volun tas itaq̄ eis p facto est imputāda. Sed quō p dicta captiuitas accidit israheli ꝓpter vēditiōem iusti ihesu:cū isrl' nō vendiderit xp̄m:sed tm̄ a Ju da scarioth legat emisse. Rn̄det q̄ q2 filij israhel vt venderet xp̄s ꝯsensū.auxiliū atq̄ ꝯsiliū adhibu erūt:ideo nō minus q̄ si ipi vendidissent 3elus in currerūt. Neq̄ em̄ 7 Salomon ydola fabricauit: sed quia vxoribus 7 concubinis fabricātib9 assen sum prebuit eum fabricasse lr̄a dicit. Secundo di cunt ad hec iudei q̄ istud scelus de venditione iu sti p argēto fuit vēditio Joseph p fratres suos: ꝫ illud nihil valet.q2 vbi ponit primū.secundū.ter ciū 7 quartū:ordo est fm prius 7 posteri⁹. Uiden dū ē ergo quod ē primū scelus. quod scđm 7c. Et sciendū est q̄ ista tria scelera ꝑ ordinē sicut veni unt sunt ista. Primū venditio Joseph. ꝓpter qđ fuerūt captiui in egypto. Secundū adoratio vitu li.ꝓpter quod fuerūt vno die interfecti.xxiij.milia hoīm: Exo.xxxij. Terciū occisio ꝓphetarū. pro pter quod ducti sunt captiui in babylonē.lxx.an nis. Quartū dr̄ 7 nō pōt dari nisi vēditio ih̄u na zareni.q2 venditio Joseph primū i ordine fuit.ꝓ pter qđ postea pharaonis sunt passi durissimū iu gū vt dictū est. Sed cū pn̄ia pacta iā sunt libera ti a culpa.quare de indulto rursū crimiabūt pcto Tercio forte dicet iudeus.q2 si hoc nō dicat d̄ Jo seph iusto:potest tamē dici de alio quolibet iusto sed hoc indignū 7 irrationabile esse videt vt cum tantū crimē sit q̄ nulla indulgētia sequat. ꝓpter quod diuina sn̄ia in totū isrl' deseuiat populū: il lius celet psona in quā illud fuit cōmissum. Jnsu per cū reatus iste in hebreo sermone tali describa tur vocabulo:quare imponit illi q̄ negauerat de um.vēditio aūt iudei nō equat negatōi dei. ꝫ ipsi tantū ac talē vendiderūt hominē xp̄m videlic3 fi liū dei:q̄ i culpa sunt pares deū negati. Et si q̄ ras que sunt illa pcta q̄tuor q̄ omnia pateant ad negare deū esse equalia. Rn̄detur q̄ primū pctm fuit cū in heremo vitulū conflatilē pro deo adora uerunt.i quo facto satis deū negauerūt.et quia ab omnibus est hoc peccatū ꝑpetratu3:ideo cōmune fuit oīm. Scđm in quo 7 deū siłr negauerūt 7 om nes peccauerūt fuit qn̄ Hieroboā vitulos siłes fa bricauit:et ab omnibus adorari cōstituit. Terci ūm aūt cū iudei ꝓphetas vniuersi eade3 volūtati occiderūt:7 eoꝝ dicta ꝯtempserūt. Quartū vo qđ magis est oībus 7 grauius est qn̄ xp̄m dei filiū et hominē ab omni pcti contagione alienu3 inique vendiderunt:et iniusta nece condemnauerūt. hoc pctm ꝓpter cecitatē iudeoꝝ occultū est eisdem: si cut dicit Rabionanerari delar i libro vay cra ra ba.i.leuitico magna. Primi peccauerūt:et fuit di scooptum suū peccatū:et fuit discoopta sua peni tentia. Secūdi peccauerunt: et fuit discooptū su um pctm:et fuit discoopta sua pn̄ia. Tercij pecca uerunt.et fuit discoopertū suū peccatū: 7 fuit di scoopta sua pn̄ia.quarti peccauerūt:et fuit disco opertū eis pctm suum.nō est discoopta sua pn̄ia. Unde dicit eis ꝓpter suā cecitatē.fidelibus tn̄ vi dentibus bene est discooptum suū peccatu3 et sua pn̄ia vt dictū est 7 dicet. Jtē Petr⁹ alfonsi vir eru ditissim⁹ de q̄ supra i aptione primi thesauri locu tus sum in suo dyalogo ostendēs causā captiuita tis iudeoꝝ esse venditōem xp̄i et nō venditio3 Jo seph:sic inquit contra eos. Qđ autē euidenti⁹ te stim oniū queritis vos ꝓpter dei mortē hāc subis se captiuitatē q̄ id quod apud vos scriptum legi stis.quia videlicet i ipso captiuitatis exordio qui dem terre vestre princeps decē d̄ meliorib9 totius israhelitici populi Anaman.s.traditōis filiū Sy meonem gamalielis filiū hysmahel helysei filiū 7

Achiba. ceterosqꝫ captos in carcerem misit: sciscitans vt quid iustum vendidissent. Lex em̄ inquit decreuit: vt mortis sententia mulctetur quicunqꝫ iudeum vendiderit. Et vos igitur ſm iudiciuꝫ legis mori debetis. dicto decreto vario dat corpora leto. nō em̄ omnes vna cohercuit pena. sed singulis singula sunt genera mortis proposita. Aliuꝫ videlicet ignis cremauit. alius ferrei pectinis vnguibus laceratus expirauit. alium vō mors queuis diuersa consumpsit. quemadmoduꝫ mortes illas doctrine vestre liber exposuit. Doctores autem vestri huius iusti pro quo illi sunt ita puniti nomen mutantes in hoc facto prorsus ꝯticuerunt de christo dicentes. ꝙ princeps ille iustum denominās ioseph filium Iacob. quem in egyptum fratres vendiderant: intelligebat. eiusqꝫ sanguinē ab illis exigens. ꝓpter euꝫ talibus illos supplicijs affecit. Sꝫ absurduꝫ rationi videtur vt id ab eis exigeret qđ ad minus millequingentis annis antea factum esset maxime cum tempore quo venundatus est Ioseph nulla lex esset qua eos princeps ille mortis reos conuincere posset. Qꝛ si vultis vt etiā de ꝓphetis in mediū auctoritatē deferā qua captiuitateꝫ hanc ꝓpter hominē illum ipm necessario xpm esse ostendā. Ecce ꝓfero Isa. ca. xxiiij. A finib9 inquit terre laudes audiuimus gloriā iusti. Hec verba iusti huius laudes vbiqꝫ terrarum ostendūt fuisse: nec alterius iusti homis laudes tantas vnq̄ fuisse audiuim9 vt ꝑuenirent vsqꝫ ad fines terre. Cui iusto quia tribulatōnes quas sine causa passur9 erat propheta preuidebat his verbis compatiens dicebat. Ve mihi. preuaricantes preuaricati sunt. ⁊ ꝑuaricatione transgressoꝝ preuaricati sunt. preuidens em̄ ꝓpheta quas ꝓphetis dei aduentū ꝑnunciantibus tribulationes illaturi essent: ait. ꝑuaricantes ꝑuaricati sunt. Intuitus autē qꝛ nec membris contenti ipm etiam caput inuidia pleni quibuscunqꝫ possent modis essent oppressuri. Et ſm corporis passibilitatem occisuri preuaricatōis nomen ingeminās subiunxit. ⁊ preuaricatione transgressoꝝ ꝑuaricati sunt. Qua vō pena ꝓ huiusmodi peccato plectendi essent dictante spū presciens ait ilico subiungens. Formido et fouea ⁊ laqueus suꝑ te qui habitator es terre. Inter cetera quoqꝫ de eadem gente ait. Grauabit eum iniquitas sua et corruet: et nō adijciet vt resurgat. vbi videlicet vobis certum euadendi captiuitatē terminū funditus depressit. Quarto dicunt iudei aliter ad hoc: ꝙ si nos dicimus ꝙ iste iustus ꝓ argento venditus fuit ihesus nazarenus petūt ipi. quis fuit ille pauꝑ de quo subiungit̄. et pauperē ꝓ calciamēto. Ad quod dico ꝙ ille fuit verus messias noster ihesus nazarenus: quē Zacharias vocat nō soluꝫ iustū et saluatorē sed ⁊ pauperē. Zach. ix. In maiorē quantitatē peccati sui notāter dicit textus. ⁊ pauperē ꝓ calciamento. quia ꝑmittit̄ iustū pro argento. Crederet forte aliquis ꝙ ꝓ magno ꝑcio argenti. sed hic exponit̄ debilitas precij ⁊ modicitas qñ dicitur ꝙ vendiderūt ꝓ calciamento. i. ꝓ precō calciamentorū. quod preciū ē cōmuniter. xv. morapetmoꝝ. qui sumāt. xxx. albos vel denarios. Alibi vō preciū sotulariū est duo solidi cum dimidio qui etiaꝫ sumant. xxx. denarios. quia solidus ē. xij. denarij pro quo precio fuit venditus christ9. Quicquid ergo valeant illi denarij vel illud argentum designatur modicū precium ꝓ quo pauper christ9 fuit venditus. quia pro precio calciamētoꝝ. Quinto dicunt iudei ad istuꝫ textum ꝙ intelligitur sic. Iustū ꝓ argento. i. iusticiā: quia iudices et mīstri iusticie pecunia corrupti vendebant pauꝑis hominis iusticiā ꝓ modico precio. qꝛ ꝓ calciamento. sed ista respōsio nulla est. quia cuꝫ deus sit magis pronus ad miserendū q̄ ad puniendū. ⁊ deus pepercerit suꝑ tria prima scelera q̄ grauiora sūt: vt ydolatria. homicidium. fratris venditio. a fortiori etiam parceret suꝑ illud quartū quod nō est ita graue. Relinquit̄ ergo ꝙ venditio istius iusti pro argento et pauꝑis pro calciamento est venditio iusti pauperis Ihesu nazareni veri messie nostri suꝑ quā deus nō parcit iudeis. qꝛ nō datur venia non penitēti. ⁊ ī peccato cōtinue ꝑseueranti. Nō ergo a ꝑdicta captiuitate exire poterant donec patrum suoꝝ in se peccatū emendent. i. qđ illi nō crediderunt credant. Mundata vō mente cuiusuis a culpa: cōfestim eum consequit̄ pietas diuina. qđ etiā suoꝝ q̄dā doctoꝝ. s. Rabina subtilibus et occultis exprimi voluit verbis: si illud sue mentis duriciaꝫ penetrasset. Interrogatus em̄ qñ Dauid fili9 esset venturus. hodie ait si verbis credideritis ei9. His em̄ verbis intelligi dedit: ꝙ quicunqꝫ quauis hora mandatis dei obediens et credulus fuerit: ilico filius dei ad eum accedit. De hac pena irreuocabili in hac vita dicitur etiam Danielis. ix. Occidetur christus ⁊ nō erit eius populus qui eum negaturus est: ⁊ ciuitatē ⁊ sanctuariū dissipabit populus cū duce venturo: ⁊ finis eius vastitas: ⁊ post finē belli statuta desolatio. Ecce triplex pena occidentiū christū in p̄nti vita. Prima pena qꝛ nō sūt eius populus. qꝛ nō christiani sed adhuc iudei appellant̄. Secūda pena dissipatio ciuitatis et templi qualis facta fuit ꝑ Tytū cū romano exercitu. Tercia pena ꝙ finis eius est vastitas ⁊ statuta desolatio. i. sine caritura que oīa impleta sūt post mortem christi quem occiderunt. Si dubitant de tercio satis debet esse eis sufficiens testimoniuꝫ: quia sunt iam mille. cccc.xx. anni ꝙ ꝯtinuatur ꝑdicta desolatio ciuitatis ⁊ templi: vt supra dictū est Secūdo sacra scriptura specifice determinauit ꝑsequentiū messiā penā ī futuro. Vñ dicit̄ Isa. vlt. de fidelibus sequētibus xpm contra iudeos incredulos ⁊ impenitētes. Egredient̄ ⁊ videbunt cadauera viroꝝ que preuaricati sunt in me. vermis eorū nō moriet̄. ignis eorū nō extinguet̄. ⁊ erunt vsqꝫ ad satietatēm visionis omni carni. Intellect9 ꝑdicte auctoritatis ē iste. Egredient̄. s. beati qui fuerūt credentes ⁊ sequentes veꝝ messiam. Egrediētur dico in die iudicij non pro loci mutatione: sed ꝓ consideratione: ⁊ videbūt cadauera eoꝝ q̄ ꝑuaricati sunt in me. quia inquit dn̄s. Preuaricantes reputaui omnes pctores terre: ꝑuaricati sūt xpm ꝓmissum nō recipiendo. eius doctrinā nō sequēdo ⁊ ipsum crucifigendo. cadauera dicit. i. corꝑa damnatorum in gehenna. Et dicūtur cadauera: quia in eternā damnationē cadent. Qꝛ ⁊ demōes cadauera possunt dici ſm ꝙ homines appellant̄. Vnde inimicus homo hoc fecit. hec l glosa. Et ꝙ iste sit intellect9 patet ꝑ hoc quod sequitur. Vermis eoꝝ nō morietur. quia vermes corpora mortuorū corrodentes in sepulcris cito deficiūt: qꝛ cuꝫ eis ī puluerē conuertunt̄: ⁊ ignis eoꝝ nō extinguet̄. Ex quo patet qđ dictū ē de cruciatu corpoꝝ infideliū ⁊ omniū damnatorū in igne inferni qui ē inextinguibilis extrinsecus. Et de verme conscīe qui semper intrinsecus corrodebit eos qui nō crediderūt nec secuti sunt xpm veꝝ messiam. vnde sicut tinea comedit vestimentuꝫ. et vermis corrodit lignum. et ignis deuorat ligna. sic meror et tristicia excruciat cor viri. Sequitur. Et erunt vsqꝫ ad satietatē visionis omni carni. quia. s. boni videbūt eos a se iusto iudicio separatos. amissa potētia qua seuie

bant cōtra bonos: vt vindictā dei in illos tantā ⁊
vltra nō exposcāt qui dicūt mō. Usqꝫ quo dn̄e nō
vindicas sanguinē nostrū. satiabunt quoqꝫ de bea
titudine sua gratias agentes visa impioꝝ ineffabi
li pena. hec ex ordinaria glosa. Nicolaus vō de ly
ra satis concorditer sic exponit. Et erunt usqꝫ ad
satietatem .i. repletōem et pfectionē visionis om
ni carni .i. omni homini beato. nō sic intelligendo
ꝙ beati delectent̄ p se ī penis damnatoꝝ. sed quia
talis intuitus declarat eis diuine iusticie exerciti
um ⁊ diuine miscdie bn̄ficiū quo penas illas eua
serunt. ⁊ ꝓprie glorie augmentū. inq̄tum apparet
maior compata ad suū contrariū. qꝛ appositis in
xta se cōtrarijs maiora ⁊ minora vident̄. j. electoꝝ.
Et ex istis trib; beati p se letant̄. sm ꝙ dicit̄ psal.
lvj. Letabit̄ iustus cū viderit vindictaꝫ. Ecce pri
mū. manus suas lauabit i sanguine pctoris. inq̄tū
dei miscdia factus est immunis ab illis penis. Ec
ce scdm. si vtiqꝫ est fructus iusto. accipit̄ hic si pro
quia. qꝛ p hoc apparet maior fruitō ꝓpria. ⁊ sic to
tū cedit in gloriā electoꝝ. ⁊ ipsius veri Messie xpi
ihesu principaliter qui in die iudicij dicet existen
tib; ad sinistrā. s. incredulis ⁊ damnatis. Ite ma
ledicti in ignē eternū qui paratus ē dyabolo ⁊ an
gelis eius: Math. xxv. Existentib; vō ad dexteraꝫ
dicit. Uenite bn̄dicti patris mei possidete regnuꝫ
qd vobis patū ē ab origie mūdi. c. eodē. Ex pre
dictis. xij. thesauris colligit̄ vna ratio quasi que
dam corona victorie incompabilis valoris cōtra
iudeos que talis est. Qn̄cunqꝫ sacra scriptura p
nunciat aliquod futuꝝ et specifice determinat tē
pus veniendi. ꝓgeniē venientis. cui debet assilari.
locū natiuitatis. nomē eius. veneratōem singula
rem. modū viuendi. modū moriendi. causā mortis
resurrectōem eius. pmiū credentiū. ⁊ penā psequē
tiū ipm ī vita pn̄ti ⁊ in futuro seculo. Si ista oīa
ꝯcurrūt simul in vnū determinatū hominē. mani
festū est ꝙ illud qd fuerat p illā scripturā pdictuꝫ
⁊ denūciatū est in illo tali homine adimpletū. Sꝫ
sacra scriptura pdixit ⁊ denūciauit oīa pdicta que
oīa in ihesu nazareno saluatore nostro sunt imple
ta. nec alius inuētus est ī quo oīa pdicta simul cō
currerēt. igit̄ concludit̄ ꝙ ipse est verus Messias ī
lege ꝓmissus. nec alius expectādus. Maior istius
ratōis clara est sicut lux ⁊ ab omnib; ꝯcessa. ⁊ ideo
ꝓbatione nō indiget. Sed minor latissime decla
rata est in aptione pdictoꝝ. xij. thesauroꝝ qui ap
ti sunt ad declarationē aduētus Messie veri in le
ge ꝓmissi. qui est xps ihesus filius dei viui. Et ī h
complet̄ liber primus qui ē de armatura fideliū. ⁊
de excellētia fidei catholice dn̄i nostri ihesu xpi q
est turris fortitudinis a facie inimici. Cui honor
laus. bn̄dictio ⁊ gloria sine fine Amen.

Explicit liber primus fortalicij fidei.
Incipit secundus qui est de bello hereticoꝝ.

Incipit liber secūdus qui ē de bello hereticoꝝ.

Ntiquorū in li
bris legimus gentiliuꝫ. mili
tes humanā venerātes glori
am generose diuersa mōstro
ruꝫ genera destruxisse. Sicut
Hercules antheum. Theseus mirothaurum. Ja
son thaurum igniuomuꝫ. inextinguibilem aprum
meleager. Corebus stigiale monstrū. Perseus ma
rinū monstꝝ. Sic etiā generosi ecclesie milites: vt
Hieronymus. Augustinus Hylarius. et ceteri pa
tres orthodoxi diuersoꝝ hereticoꝝ ⁊ heresis mon
stra spūalibus armis expugnasse legunt̄. Non ta
men sic omnino extincta sunt heresum monstra.
quin repullulare conentur. a c etiam noue hereses
oriant̄ in aliquibus solo nomine christianis. Qui
et si non publice. in conuenticulis tamen suis ve
nenum effundentes de illis confabulantur quasi
vespertiliones et noctue luceꝫ fugientes. quia ocu
lis egris odiosa est lux. Et nō solum oculos egros
habent heretici sed ceci sunt. quod ostenditur ex
fidei effectu. Est em̄ fides diuinus radius animaꝫ
fallacijs in quo legit̄ ꝙ ipse volens sibi consiliare animos populorum dicebat se esse prophetam ad eorum salutem diuinitus destinatum videlicet vt legem iudeis 7 xpianis datā que nimis rigida erat et seuera miciorum pceptorum pmulgatione temperaret. 7 vt eius missioni adinstar moysi attestari signa quedam 7 prodigia videret. assignata die ad certū locum populū cōuocauit. legē diuinitus missam in signis 7 pdigijs accepturuȝ. tunc eo sermocinante ad populum columba candida que in vltimo loco erat ad hoc fallaciter edocta euolans sup humerum eius stetit 7 in eius aure iuxta morē solitum grana in aure reposita cōmedēs verba legis ei suggerere videbatur. Thaurus quoqȝ similiter ad hocipsum cōsuetudine quadam edoctus vt de manu eius pabulum acciperet ad vocē eius coram populo venit. 7 quasi noue legis mandata celitus missa que ipse cornibus eius alligauerat detulit. Sed 7 vasa quedam lacte 7 melle plena. que ipse in certis venis terre artificiose ac latenter immiscuerat quasi p diuinam reuelationē fecit effodi 7 populo velut in signo future habūdantie quā per eiusdem legis obseruātiam mereret: ostendit. Sicqȝ miraculis 7 magnalibus diuinis congratulantes 7 acclamantes seduxit atqȝ ad legem suam quasi diuinam recipiendā ptinaciter animauit.

De erroribus legis machometi.

Ecūdus passus ostē

dit errores legis machometi. Vñ oīm antiquorum feces quas dyabolus sparsim seminauerat simul in machometo 7 eius lege recollegit ac renouauit. Ipse nanqȝ cum sabellio negauit trinitatem psonarum in diuinis. Secundo docuit xpm esse puram creaturā cum arrio. Vñ et Sergius monachus qui fuit magister machometi vt dictum est fuit hereticus arrianus. Tercio asserit ꝙ iudei nō occiderunt xpm sed quendā ei similem 7 in hoc cōuenit cū manicheo. Quarto dixit ꝙ deus trāstulit xpm ad se ꝗ apparebit circa finem mundi 7 occidet antixpm 7 postea faciet euȝ deus mori. 7 quia negat xpi passioneȝ negat oīa sacramenta ecclesie que a passione xpi sumpserunt efficatiam. 7 in hoc conuenit cum donatistis hereticis. Quinto dicit ꝙ demones possunt saluari p alchoranū 7 ꝙ ipsi audito alchorano multi ex eis facti sunt saraceni 7 in hoc aliqualiter imitat̄ origenem qui dixit ꝙ adhuc demones saluabuntur. Sexto dicit ꝙ qñ deus misit p eo gabrielem ꝙ ipe iuit ad deum 7 deus imposuit ei manꝰ 7 tātam frigiditatem sensit ex tactu manꝰ dei sup humeros eius ꝙ frigiditas puenit vsqȝ ad medullam spine dorsi 7 in hoc conuenit cum acronio forti qui ponunt deum corporeum. Septimo dicit spiritū sanctum esse creaturam 7 in hoc cōuenit cum machedonio. Octauo dicit ꝙ aliqui angeli facti sunt demones quia noluerunt adorare adam 7 in hoc omnino neminem imitat̄. Nono ponit ꝙ vltima hominis beatitudo est in comendendo 7 luxuriando et in vestibus pciosis 7 in ortis irriguis et in hoc conuenit cum cherinto heretico 7 cum quibusdaȝ paganis. Decimo ponit in capitulo de mensa ꝙ familia sua nihil omnino valet nisi compleat legem et euangelium et librum sibi reuelatum scȝ alchoranum. 7 sic docuit gentes iudayzare. 7 ideo docuit circumcisionem esse tenendam et in hoc conuenit cum vierne heretico. Undecimo docuit indifferēter accipere vxores aliorum 7 in hoc videtur cōuenire cum nicholaitis hereticis. Duodecimo docuit licitum esse habere plures vxores cōtra apostolum primo Cor. vij. et contra constitutionem pfectam legis nature erunt duo in carne vna Geñ. ij. et in hoc conuenit cum nazareis hereticis licitum ponentibꝰ in noua lege articulū de pluralitate vxoris. Tredecimo docuit vti lotiōibus p baptisma tibus in remissionem peccatorum contra apostolum ad Ephe. iiij. vna fides vnum baptisma et in hoc cōuenit cum nouatiāis 7 donatistis hereticis baptisma reiterantibus. Quartodecimo docuit licitum esse zodomiam tam cum masculo quā cum femina vt patet in alchorano capitulo de vacca. 7 in hoc conuenit cum zodomitis hereticis. licet saraceni pallient hoc quibusdam honestis expositōnibus. Hec autē fuit tota intentio machometi vt scȝ resecaret quicquid erat arduum in credendo 7 quicquid erat difficile in operando. 7 concederet cōmunia ad que mundani homines proni erant 7 maxime arabes scȝ gulam 7 luxuriam 7 rapinā. de virtutibus aūt puta de humilitate vel de pace. vel abstinentia. vel de charitate dei 7 pximi vel de vltimo fine nihil notabile dixit. 7 quia de oībus his poterat eius falsitas 7 malicia deprehendi tam p nouum ꝙ p vetus testamentū ꝙ etiā p dicta phoꝝ qui de virtutibus 7 vltimo fine hominis tractauerunt. mandauit omnino ꝙ nihil crederent qđ esset ꝯtrariū huic legi. sed qui aliud crederet occideret̄.

De fatuitatibus 7 fabulosis legis machometi.

Ercius passus est de

fatuitatibꝰ 7 fabulosis legis et doctrine machometi. Ex quibus satis apparebit ꝙ non est lex dei. Non enim lex dei fabulosis 7 ridiculosis califica t̄ que potius conuertunt hominem in risum ꝙ in deuotionem talis est lex machometi vt certum est omnibus eam legentibꝰ. 7 de multis quedā pauca lȝ magis notabilia referant̄. Dicit̄ ei in capitulo de lenemelle qđ interpretat̄ formica ꝙ Salomon congregauit magnū exercitum angelorum videlicet hoīm 7 animaliū. 7 qñ ibant inuenerunt fluuium formicarum 7 tunc formica dixit. O vos formice introite in habitacula vestra ne interimat vos Salomon 7 milites eius et subrisit formica. Et post pauca qñ reassignabant̄ omēs aues in exercitu inuentum est ꝙ deerat vpupa. et dixit Salomon. quid est qđ hic nō video vpupā puniā illam 7 decollabo eam. vel assignabit rōnem quare defuit. 7 stetit vpupa nō multum longe 7 ait. dixi dici qđ vos nescitis 7 veni ad vos de sabea cum veris rumoribus inueni siquidē mulierem regnantē inter eos 7 comperi populum suū colere solem absqȝ deo. Item in capitulo delchamar quod dicitur in tpe lune appropinquauit hora 7 fracta est luna quod exponentes doctores eorum dicūt ꝙ machometus stabat cum socijs suis 7 cum videret lunam appropinquantē coniunctioni dixerunt ei ostende nobis aliqđ pdigium. 7 tūc ipse iuuit lune duobus digitis. scȝ indice 7 medio. et tunc fracta est in duas partes 7 vna medietas cecidit supra monteȝ elikays qui imminet ciuitati meque ex vna parte. et alia medietas sup alium qui mons rubens appellatur situs ex alia parte ciuitatis. et cum sicut fracta esset. luna venit 7 intrauit manicā camisie machometi 7 ipse integrauit eam. Item in capitulo seba dicit̄ ꝙ vermis indicauit mortem Salomonis vbi dicit glosa ꝙ Salomō dum staret innixus super baculum suum subito tantus dolor eum ar-

ripuit q expirauit nec tamen corruit diuino mira
culo demones aũt qui ei seruiebant videntes eum
stare credebant eum viuere. 7 natus est quidã ver-
mis de terra 7 corrosit baculũ cui in itebatur. et
tunc fracto baculo corruit salomon et concurre-
runt demones 7 inuenerunt eum mortuũ 7 extunc
ceperunt hominibus nocere pro posse. Item ipse
machometus in libro narrationum reddit causaȝ
quare vinum sit illicitum. 7 dixit q deus misit an
gelos duos in terram vt bene regnarent 7 iuste iu-
dicarent 7 fuerunt isti angeli. Aroth et Maroth.
cumq venisset mulier que habebat causam inuita
uit eos ad prandium 7 dedit eis vinum bibere. qđ
eis deus mandauerat ne biberẽt 7 inebriati requi
sierunt eam de luxuria 7 consensit hoc pcio q vnus
doceret eam ascendere in celum 7 alius descendere
Cumq eam docuisset ascendere in celum 7 deus il-
lam videret audita causa 7 modo fecit eam lucife-
rum q esset ita pulchra inter sidera sicut erat in ter
ra inter mulieres. Data aũt occasione angelis qui
peccauerant vbi vellẽt puniri hic vel in futuro ele
gerunt magis puniri in presenti quã in futuro. et
tunc deus suspendit eos per pedes in puteo baby-
lonis cum cathena ferrea vsq ad diem iudicij. hec
et similia multa cõtinent in predicta lege per que
quilibet sapiẽs poterit cognoscere fictionẽ q nul-
lo modo sit lex dei. Non enĩ lex diuina cõsueuit lo-
qui hominibus per tales fabulas. sunt enĩ sequen
tes machometum illi de quibus prophetauit pau
lus a veritate quidem auditum auertent ad fabu
las aũt conuertent. Item dicit in libro narratio
num. q celum creatum fuit de fumo 7 fumus de va
pore maris. 7 mare de monte quodam qui vocatur
caph qui cingit totum orbem 7 sustinet celum. Di
cit etiam q sol 7 luna erant equalis luminis 7 vir
tutis 7 nõ erat distinctio inter diem 7 noctem qua
dam aũt vice volabat gabriel 7 accidit vt ala sua
tangeret lunã que obtenebrata est sicut mõ cerni-
mus. Preterea dicit q nat' ẽ sus de stercore elephã-
tis et mus de stercore porci. 7 cattus de fronte leo-
nis. quod narrat in hunc modum. Nam cum esset
noe in archa cum filijs et animalibus qñ ibant ad
secreta nature inclinabatur archa 7 maxime cum
ibat elephas 7 cum vehementer timerent consulit
noe dñm. qui ait vade 7 inclina culum eius ad fora
men stercorarie 7 fecit sic. qui 7 stercorisauit et na-
tus est sus grandis satis de stercore elephãtis. Cũ
aũt rostro forsorio grunolaret feces vt solet natus
est mus 7 cepit rodere tabulas arche 7 tunc maxi-
me timuerunt 7 consulto dño noe percussit leonẽ
in fronte 7 egressus est cattus per nares eius 7 hec
est causa vt dicit quare caro porci sit illicita. Dicit
iterum in eodem q deus in fine mũdi occidet om-
nem creaturam etiam angelos 7 archangelos 7 ni
hil remanebit viuum nisi deus 7 mors que est qui
dam angelus qui dicit adriel. 7 tũc precipiet deus
adrieli q occidat seipsum. quo facto dñs insulca-
bit voce grandi. 7 dicet vbi sunt satrape mundi et
principes 7 post hoc resuscitabit omnia. Ipse eti-
am machomet' scripsit librum vbi posuit duode-
cim milia verba stupenda. 7 cum admirantes que
rerent vtrum omnia illa essent vera. Respondit q
solum tria milia veritatem habebant omnia alia
falsa erant. Cum igitur in predicto libro aliquid
falsitatis deprehenditur dicunt saraceni q hoc di
cit machometus quia nõ erant omnia vera 7 istud
est de illis residuum totum semper in suo robore
perseuerat. ita etiam faciũt saraceni de alchorano
quia cum multa falsa in eo 7 mendatia comprehẽ
dantur tamen propter quedam vera que continet
quasi verbum dei ab eis colit. Non est sic de euan
gelio christi quia si in eo vnum solum verbum fal-
sum inueniretur quod absit de euangelio vt dicit
Aug'. causa iusta esset q totum euãgelium friuo-
lum reputaretur 7 vanum quia modicum fermen
tum corrumpit totaȝ massam ſm apostolũ. 7 hinc
est q literati et magni sapiẽtes inter saracenos nõ
adhibent fidem sed fictionem doctrine aduertunt
in predicto libro. Cuius sũt duo signa. Primũ q
renuunt disputare cum alijs sapientibus publice.
Secundũ q nolunt adduci alchoranũ in publicũ
et dolent vehemẽtissime cum ab alijs legitur 7 nul
lo modo vellent q in linguas alias 7 lras transfer
retur. Scimus enĩ q verum aurum neq lumen ti-
met neq ignem. Et ideo quia christiani de verita
te confidunt que fortissima est 7 manet ineternuȝ
libenter cum alijs nationibus de euangelio confe-
runt gaudentq cum ab alijs natõnibus creditur
et desiderant q omnibus publicetur 7 in linguas
alias transferatur 7 nõ solum scripturis sed etiaȝ
picturis 7 colaturis publice xpi passionem osten-
dunt q ab alijs nationibus ludibrium 7 ignomi-
nia reputat.

De malicijs legis machometi spurcissimi.

Quartus passus ẽ de

malicijs legis machometi. Cum deus
sit summe bon' et optimus scit optima
adducere ſm dyonisium si mala ptinet lex aliqua
constat illam nõ esse a deo talis est lex machometi
vt patet per totum alchoranum. Dicitur enĩ in ca
pitulo elhacaph et etiam in capitulo elcem quod
interpretat demones. q ipsum alchoranum placȝ
demonibus 7 in eo delectant. demones auteȝ sunt
praui 7 damnati in voluntate quibus non placet
nisi quod malum est igitur alchoranum est malũ.
Preterea alchoranum est causa omniũ malorum
vt occasionis 7 rapine 7 periurij 7 hmõi que quidẽ
mala sunt. Alchoranum nõ solum permittit sed
mandat occisionem nec est excusatio q mandat q
occidant increduli. Dicit enĩ sine dubio q fideles
nõ debent occidere fidelem. ipsos aũt infideles p-
cipit occidi nisi soluant tributum. ergo soluere tri
butum est integra causa q occidant vel nõ occidã
tur. Preterea sicut in alchorano in pluribus locis
legitur nullum est maius malum q imponere deo
mendacium. Alchoranum aũt deo imponit men-
dacia multa pter illa que dicta sunt superius que
omnia redundant in deum quõ ergo alchoranum
est sermo dei vt dicunt. Possumus autẽ ostendere
plura alia. Nam in capitulo elembpaal quod in-
terpretat lucra. dicit q lucra sunt dei 7 nuncij. 7 q
debet deo quintam partẽ de his que lucrant. Sed
nunquid deus est ita malus q permittit rapinam
vt inde insequat partem suam scȝ quintam partẽ.
An est ita pauper q nõ habet vnde alat pauperes
suos scȝ viduas 7 pupillos et peregrinos de quib'
ibi loquitur nõ permittat rapinam vt inde lucret
Certe iam fecit machometus deum consortem si-
bi in malum quem nõ potest habere consortem in
bono. Q aũt pcipiat rapinam pateȝ asana. xij. vbi
loquitur saracenis in hunc modum viri boni deũ
timentes factis p que vosipsi pinqui sui sitis stu-
deatis ipsiusq nomine vsq quo vos meliores 7 ela
ciores efficiamini pdatores 7 expugnatores estote
Preterea licȝ alchoranum aliquo modo prohibe
at rapinam vel periurium vel quedam alia mala.
tamen ipsa phibitio est quedam pmissio. dicit enĩ

ne faciatis talia mala que deo nõ placent. sed si feceritis ipse est misericors et miserator quia indulgebit vobis de facili. De rapina aũt nihil mandat vnq̄ ꝙ restituat̃ nec ipsi talem consuetudinem habent. Sꝫ sufficit saraceno ꝙ dicat nõ ẽ de⁹ nisi de⁹ ⁊ machometus est nũcius eius. De piurio vero expresse dicit in capitl'o elmeyde qđ interpretat̃ mẽsa nõ imputabit vobis deus fraudationẽ iuramẽti sed moderationem eius quasi dicat piurium nõ obligat ad culpam sed ad penam. et postea subdit ꝓ transgressione vero eius decem miserorum cibatio seu eorum vestitio aut vnius captiui redẽptõ. qui aũt hoc nõ valet tribus vicibus ieiunabit. Ex istis sequunt̃ omnia mala nõ eñ timẽt rapere vel fraudare nec piurare nec seruẽt. fidẽ tamen xp̄iani tenent ꝙ fides seruanda est hosti ⁊ etiam infideli. Ex supradictis satis patet ꝙ lex machometi non est lex dei ex quo m̃ltas cõtinet malitias ⁊ m̃lta falsa ⁊ criminosa.

Qꝛ lex machometi nõ est confirmata miraculis

Quintus passus ẽ q' lex machometi nõ est confirmata miraculis.

Ex quo quicunqꝫ sani intellectus poterit aduertere ꝙ non est lex dei. qñ eñ moysen misit deus ad pharaonem ostẽdit magna miracula. helyas. helyzeus. et alij ꝓphete fecerunt magna et inaudita miracula ⁊ illi precipue omnes qui aliquid nouitatis attulerunt mundo. xp̄us aũt venit ꝓprie cum prodigijs ⁊ signis maximis sicut etiã in alchorano dicit̃. Si aũt dicant saraceni ꝙ plura ⁊ magna miracula fecit machometus sicut est illud de integratione lune fracte ⁊ de fonte aque quã cũ digitis suis fecit emanare. hec friuola sunt ⁊ contra alchoranum eorum. prohibꝫ eñ machometus ꝙ nihil de eo credant nisi qđ scriptum est in alchorano de omnibus inquit ph̄s multa mentiti sunt. qđ ne de me verũ teneat̃ qđ alchorani auctoritate fulcit̃ qui cum miracula nõ faceret ostendere volens causam deum consequenter introduxit dicẽs. dñs dixit ad me. ideo te miracl'a facere nõ permitto quia ne tibi scꝫ cõtingat sicut in alijs ꝓphetis in miraculis timeo. suo ergo testimonio conuincitur nullum fuisse miraculum seu signum. Itẽ ipse machometus in alchorano frequẽter recitat ꝙ cũ homines ei dicerent ostende signa que fecit moyses ⁊ xp̄us ⁊ alij ꝓphete. Respõdebat quia moyses venit cum signis ⁊ nuncij ceteri ⁊ maxime xp̄s qui venit cum maximis ꝓdigijs ⁊ mũdus nõ credit eis sed dicebant ꝙ erant maleficia ideo nõ permittit me deus facere miracula. nõ eñ crederent sed veni in virtute armorum. Sed hoc conuincit̃ exp̄ssum esse mendatium. quõ eñ non crederent ei si faceret miracula qui crediderunt ei sine miraculo. Talia eñ mandauit eis ad que mundus ꝓnus est ⁊ currit sine aliquo miraculo ⁊ mandato. scꝫ ꝙ occiderent et raperent ⁊ mulieres plurimas impregnarent et ꝙ dentem ꝓ dente ⁊ oculum ꝓ oculo extraherent. Ad hec aũt omnia ita ꝓni sunt mundani hoĩes vt vix ⁊ cum magnis vltionibꝫ ⁊ iudiciarijs penis ab istis valeant coerceri. Qꝛ autem induxit ꝓ signo ꝙ sit missus a deo in virtute armorum expressam cõtinet falsitatem nõ eñ semꝑ fuit victor sicut moyses ⁊ ihesus enoch ⁊ helyas quos angelus dñi semper ꝓtexit ⁊ victores fecit. Machometus aũt vincebat aliqñ ⁊ aliquo modo vincebat̃ sicut ⁊ alij tiranni. nam dentes eius in bello contriti sunt ⁊ facies collisa sicut habet̃ in bello qđ vocatur gasimetobor vbi fuit vulneratus in ore ⁊ amisit vnũ dentem de prioribꝫ corruit quoqꝫ in foueam ⁊ fuit valde turpiter victus q̄uis in ꝑcedenti nocte ex parte dei sui contrariũ ꝓmisisset. hec in pugione ⁊ alia similia parte scđa capitulo. viij. Ex q̃ etiã ptꝫ ꝙ nõ est miraculũ illud qđ ꝓ signo inducũt videlicet ꝙ subito magna pars mũdi ei adhesit. Talem eñ legem constituit ⁊ talia mandata dedit ad q̄ omnes ꝓni sunt etiã sine mandato vt superius patuit. Dixit eñ. iussit mihi deus terrere gentes gladio donec testificent̃ ꝙ nõ est deus nisi deus ⁊ ꝙ ego sum nuncius eius qđ si fuerint confessi sanguinẽ ⁊ pecuniã suam saluauerunt et inde saraceni dicunt̃ saluati. Nam quicunqꝫ recipiebant mandatũ machometi ipse ⁊ sui saluabant eum ⁊ nõ occidebant nec expoliabant. vnde ⁊ saraceni nõ saraceni vocant̃ sed messalami qđ interpretat̃ saluati ipsi autem vere credunt se esse saluatos ⁊ derident xp̄ianos qui nolunt dici messalami. i. saluati vt ipsi sed volunt dici xp̄iani. Dum aũt plures a machometo taleꝫ saluationem acciperent ex ꝑdicta causa. Postea fecit ꝑconisari quicũqꝫ dixerit nõ ẽ de⁹ nisi de⁹ intrabit paradisũ etiã si latrocinatus fuerit ⁊ fornicatus. Venit aũt quidam ad machometum dictus hebidorda. ⁊ quesiuit ab eo si hoc essꝫ verum. Et respõdit ꝙ sic et addidit etiam si cum ꝑcedẽtibꝫ biberit vinũ ⁊ etiã si occiderit ⁊ adiecit machametus etiã si turserit nasum hebidorda ad ea aũt oĩa ꝯfirmãda nõ ostendebat miraculũ sed nudabat gladium Idem habet̃ exp̄ssius in capitulo ꝓphetarum vbi sic legit̃. Dixerũt de machometo scꝫ auscultasti sõnias seu blasphemias vel certe poetizas fiant ad nos saluantẽ cũ miraculo vno oñde quẽadmoduꝫ missi sit ⁊ priores. Rñdit. destruxit inqt de⁹ ciuitates añ eos q̄ nõ crediderũt ⁊ q̄ ꝑcesserũt vos ñ crediderũt nec etiã vos miraculis crederetis nisi ꝑ gladiũ vt sicut in capitulo ꝓphetarum narrat̃. Ait de querẽtibus miracula fieri ab eo ⁊ dixerunt ei. Auscultasti somnias ⁊c̃. Respõdit sicut supra. vsqꝫ ꝑ gladium. Audite ergo machometici si alchoranũ visitatis ipse est qui affirmat machometum mille fecisse miracula longe aũt plures sunt quos consumpsit gladius q̄ qui gratis eum secuti fuerunt. Declarat ergo ex supradictis legeꝫ machometi nullo miraculo fundatam esse ⁊ sic nõ dicendam lex dei. Fides aũt xp̄iana que ꝑcipit ardua tota est fundata in miraculis vtilibus ⁊ manifestis que nõ solũ xp̄s fecit sed etiam apostoli post eum. etiam doctores qui euangelium ⁊ ap̃lorum dicta exposuerunt et vsqꝫ ad ista tp̄a durauerunt miracula scꝫ de effugatione demonũ ⁊ curatiõe languorũ et resuscitatione mortuorum. Hec mirabilia faciunt xp̄iani ⁊ fecerunt qui dicunt xp̄m crucifixum esse verum et solum deum. Et si dixerint saraceni ꝙ ista nõ credunt nec facta sunt ostendemus eis miracula magis. Constat eñ ꝙ totus mundus colebat ydola ⁊ maxime romani qui tenebant monarchiam mundi hi receperunt fidem xp̄ianam et nõ solum acceptauerunt xp̄m crucifixum esse verum deũ. sed etiã expulerunt omnes alios deos qui tãto tempore in ydolis qui dabant eis responsa nec imponebant eis aliqua grauia cum fides christiana tam ardua et insolita mundo imponat vt contemnere mundum contemnere seipsum diligere inimicos orare pro persequentibus benefacere malefacientibꝫ aliena non appetere propria largiri. Hec omnia mũdus acceptauit et ritum pristinũ dimisit. Aut igitur propter sufficientia miracula aut sine miraculo: maius autem miraculum fuit si sine miraculo ⁊ per hoĩes imponentes simplices ⁊ pauperrimos

procurari potuit ⁊ hec fecerũt christiani nõ alios
occidendo.sed mortem ab alijs equanimiter tolle
rando.Constat aũt modis omnibus fidem chri-
stianam stupendis miraculis esse fundatam legez
etiam machometi nullo fulari miraculo non eniz
indiguit.et maxime quo ad carnales homines et
mundanos.Alij vero scilicet intelligentes litera-
ti ⁊ virtuosi viri ei nullatenus adheserunt fidem.

Ꝙ est lex contradictionis.

Extus passus est ꝙ

lex machometi est lex contradictionis.
Sunt em̃ in eo innumere contradictio-
nes de quibus propter breuitatem octo subiungũ
tur.Primo se dicit esse generalem prophetaz ⁊ ta-
men dicit ꝙ alchoranus datus est ei arabice et ꝙ
nescit aliam linguam nisi arabicam.Item secun-
do dicit in capitulo ƀ delbachara ꝙ interpretatur
vacca ꝙ iudei et christiani ⁊ sabei saluabũtur ⁊ ca
pitulo ad miraz.dicit postea ꝙ nullus saluabitur
nisi in lege saracenorum. Item tercio mandauit
eis ꝙ nõ altricẽtur cum hominibus alterius secte
verbis asperis sed verbis mansuetis.nõ enim per-
tinet ad hominem dirigere .sed ad deum solum et
vnusquisqꝫ habet de se solo reddere rationem ⁊ nõ
de alio.et postea mandat in pluribus locis ꝙ occi
dantur et expolientur qui non credunt donec cre-
dant vel soluãt tributum.preterea ipse dicit in ca
pitulo libem ꝙ illi qui recipiunt sine deo dñm ali
um tu non es patronus ⁊ procurator eorum sed de
us reseruat sibi.Est igitur notabilis contradictõ
qui ex vna parte auctoritate dei totiens mandat
ꝙ occidantur increduli ⁊ ex alia parte deus man-
dat ꝙ etiam pro tanto scelere nullus est procura-
tor ad puniendum sed soli deo reseruentur.Item
quarto machometus in capitulo ztalt tenunti in
fine iactat se ꝙ ipse non est de compellentibus sed
quomodo nõ est de compellentibus qui mãdat ꝙ
non credentes occidantur et expoliantur. Item
hoc in capitulo de vacca concedit zodomiam tam
cum masculo ꝙ̃ cum femina.dicit em̃ saracenis ꝙ
non polluant se cum infidelibus nisi credant ⁊ de
mulieribus dicit mulieres vestras aratura vestra
arate eas vt vultis.et tamen in eodẽ capitulo ꝓus
dic̃ ꝙ illi zodomite tempore loth operati sunt ab
hominabile vitium et pristis nationibus insuetũ
Item.vj.ipse dicit ꝙ noe abraham ysaac et iacob
et filij eorum fuerunt saraceni et tamen ipse dicit
ꝙ mandatum est ei ꝙ ipse esset primus saracenus.
Preterea constat ꝙ non fuerũt saraceni ꝙ̃tum ad
ritum nisi postꝙ̃ fuit data lex saracenorum.lex au-
tem saracenorum est alchoranum quod quidem
fuit datum post legem moysi et euangelium sicut
habetur in alchorano.immo non sunt adhuc.se-
ptingẽti.lxxxv.anni.ꝙ fuit machometus cum ip-
se venerat anno domini.sexcentos.lxvj.sicut patu-
it supra consideratione prima articulo.iij. Con-
stat tamen ꝙ noe abraham ysaac et iacob fuerũt
ante legem moysi ⁊ euangelium.Item.vij.ipse di
cit ꝙ deus prohibuit augurium.et tamen ait au-
guriemini si aliter non potestis in scissura datili ⁊
qui hoc nõ fecerit anathema sit.Item octauo ipe
dicit se missum arabibus quia nuncium nõ habu
erunt dicit enim ꝙ alchoranum datum est eis solũ
in lingua arabica.dicit enim se nescire aliam lin-
guam nisi arabicam.Unde cuz adhesissent ei qui
dam bacherra iocobinus et salon persa et abda al
ba de perside filius seleam iudeus ⁊ quidã dicerẽt
ꝙ ipsi instruebant eum.ecce cecidit in faciem suaz
et contracte sunt manus eius et pedes ⁊ socij coo-
peruerunt eum vestibus suis et ad se rediens dicit
deus misit me corripere vos de sermone quem di-
xistis ꝙ tales me docerent legitqꝫ eis vnam lectio-
nem als sententiam que est in fine lectionis elnael
quod interpretatur palma que sic dicit. Scimus
ꝙ ipsi dicent ꝙ instruit eum homo . lingua autem
qua loqueretur ei perseca .hec autem arabica pa-
tens ẽ .et ex hoc dicit quomodo potest esse ꝙ illi
instruant me quorum vnus persecutus est et alter
hebreus qui dixerunt ei potest esse ꝙ lingua sua ti
bi loquatur et exponunt tu lingua tua omnia no-
tifica hanc inuenit responsionem.sed qui non po-
terat instrui ab hebreo et persa qui sũt propinqui
quomodo poterat alius valde remote lingue in-
struere.Ipse tamen post dicit se esse missuz ad vni
uersitatem gentium.Sed quomodo ibit ad omẽs
gentes in septuaginta linguis qui nescit recitare
suum sermonez nisi in lingua arabica.Dicit tamẽ
vnde habetur in libro probetarum ꝙ dixit ei deus
non misimus te nisi ad vniuersitatem gentium .et
igitur manifesta contrarietas et apertum menda
cium ꝙ sit missus solis arabibus et omnibus gen
tibus. Non igitur alchoranum est lex dei in qua
tot contradictiones inueniuntur. Unde sentẽtia
est machometi in capitulo elnesa quod interpre-
tatur mulieres ꝙ si iste alchoranus non essꝫ a deo
inuenirent̃ vtiqꝫ in eo contrarietates multe.Sua
igitur sententia sit in destructionem sue legis quia
ex quo vt visum est multe manifeste cõtrarietates
sunt in eo non est lex dei.

Lex machometi nõ est lex dei quia in multis est
per hominem reuocata et ꝙ dyabolus fuit princi
palis autor alchorani.

Eptimus passus est

ꝙ lex machometi non est lex dei quia est
in pluribus ꝑ hominem reuocata.Un-
de non est tale examẽ legis saracenorum inter eos
quale inter christianos sepe fit per cõsilia genera-
lia vbi veritas fidei repetitis ignibus luce clarior
innotescit.Cum saraceni qui eius noticiaz habẽt
pro autentico tenẽt actum factum per machome-
tum abdulhaqui qui erat alpharã in ciuitate que
dicitur malaga qui refert in suo libro versuum re
uocatorum.ꝙ cum ipe vidisset multos locutos fu
isse in modo quo aliqui versus alchorani reuoca-
bantur ⁊ ꝙ nullus in hoc fecerat finem ꝙ receden-
do a predicta ciuitate congregauit doctores regu-
le qui ei auxilium dederunt cum auctoritatibus ⁊
libris antiquorum magistrorum ⁊ ꝙ sic composu
it breuiarium certissimum de eo qḋ breuiariũ re-
putatur inter doctos magnum onus legis macho
meti et non minus preiudicium.quia ostendit al-
legando super eo alios passus alchorani.ꝙ in ipso
met alchorano quod tenetur ab omnibus sarace-
nis pro lege sua data a deo sũt reuocati.cc.⁊ .xxvij.
versus de quibus ratione guerre sunt reuocati cen
tum.xxiiij.versus.ita ꝙ saraceni faciendo guerraz
contra non saracenos ipsi contradicũt legi sue in
centum.xxiiij.passibus.verbum est magni ponde-
ris dicere sunt reuocati.Aliud est cõcordare vnuz
passũ cũ altero exponẽdo ⁊ declarando quõ in suo
casu intelligit̃ vnus passus ⁊ in alio alius sicut cũ
in multis passib9 videt̃ esse ꝯtrarietas inter docto
res xpianos fit studiose ⁊ autẽtice ꝑ generalia cõ-
cilia ⁊ sanctos pr̃es habita examinatiõe longo tẽ-

pore cum cardinalibus patriarchis archiepiscopis episcopis ⁊ doctoribus ac multis literatis sue curie et extra. Sed ꝙ aliquod concilium vel papa dicat ꝙ aliquis passus euangelij sit reuocatus alienum est a suo proposito et omnium christianorū ꝙ in lege dei fiat sicut in legibus ciuilibus vel in aliquibus canonibus seu decretalibus specialiter in regulis cancellarie per quas expediuntur bulle exeuntes a romana curia quarum sequens papa approbet quas vult reuocat. vel sicut in foris regni castelle ⁊ ordinationibus quia aliqui reges faciūt aliquas ordinationes ad quas magis attendunt q̄ ad antiquos foros ⁊ hoc est quia reuocare legez spectat ad suum factorem vel ad equalem seu maiorem potestatem habentem. Quomodo ergo potest reuocari lex que putatur esse dei per aliquem alium quia si verum est ꝙ esset dei nō dico per hominem sapiētem sed nec per dyabolum vel aliquē angelum nec per omnes dyabolos homines ⁊ angelos simul in vnum coniunctos. Sed ad reuocandum tot versus libri alchoran nō fit mentio ꝙ fuit facta congregatio vniuersalis ex parte omnium saracenorum ⁊ ꝙ maiores eorum congregarentur requisiti. sed habent ꝓ autentico dictū vnius alfaqui. qui dicit ⁊ nō ꝓbat nec forte suo tempore fuit manifestum ꝙ petierit concilium super eo a doctoribus regule. Ex quibus satis clare patet legē machometi non esse legem dei quia nec autentice examinatur. immo per vnum saracenum in pluribus reuocata ⁊ si vnus dyabolus licet sit hominibꝰ cōtrarius quia eos respicit vt inimicos cum hoc sit eius proprium officium. nō tamen est contrarius alteri dyabolo quia si sic iam essꝫ in se diuisus belzebub non posset stare regnum eius cum omne regnum in seipsum diuisum nō sit stabile. Quomodo ergo potest dici ꝙ sunt tot versus alchorani reuocati cum ab omnibus saracenis dicatur liber a deo reuelatus. cum ergo vnus dyabolus nō sit alteri contrarius ⁊ minus vnus angelus alteri multominus deus sibipsi. Et cum omnes saraceni habeant ꝓ autentico ꝙ quedam dicta alchorani sūt alijs contraria. ⁊ ideo multa illorum reuocata nec debeat eis dari fides videant sapientes saracenorum per quem doctorum lex eorum debet dici composita ⁊ cum non a deo propter ea que dicta sunt. Relinquit̄ ergo ꝙ a dyabolo magistro machometi cuius officium est. falsa veris immiscere. ⁊ dulci melli venenum. quia si sic est ꝙ est in se cōtraria cōtento in ea in parte existente vero et in parte mendatio dici poterit auctor eius nō verax sed mēdax et ꝙ debet attendi mendatium est multum periculosum quia de talibus tam magnis ⁊ tam ꝑiudicialibus ⁊ damnosis mendatijs sicut sunt multa contenta in alchorano condemnantia animas suorū credentium in speciali hic ꝙ nō obstante quacunq̧ contraria ratione in alchorano. licet dicta per michaelem per gabrielem per deum per suos angelos ⁊ nuncios p̄cipiunt fieri guerram contra omnes qui nō tenent partem suam ⁊ nō specificat̄ hic quid contineāt alij versus reuocati in multis grauissimis, ⁊ periculosissimis. Sed cum hoc sit certissimum ꝙ deus ꝑ suam naturam nō potest esse mēdax. angelus bonus similiter quia cōfirmatus in gratiam dei. sed potest esse ⁊ est mendax dyabolus ⁊ homo. Si ergo lex machometi scd̄m dictum illius alfaqui ⁊ doctorum regule est contraria sibipsi et ideo nō data a deo nec ab angelo bono. sequitur conclusio ex hac ratione quadrimembri sufficienti et hanc rationem facit dn̄s cesariensis magister iohannes de Segobia in tractatu contra saracenos. Est ergo principalis actor alchorani nō homo sed dyabolus qui ex inuidia propria ⁊ ex ꝑmissione diuina propter peccata populi preualuit inchoare solenniter ⁊ efficaciter ꝑfidiam antixpi qꝛ videns dyabolus fidem christi crescere in partibus oriētis ⁊ ꝙ ydolatria iam deficiebat deuicto cosdroe rege persarum et medorum per eraclium regem christianissimum. et ꝙ ipse eraclius destruxerat excelsam turrim q̄ ipse cosdre edificauerat ex auro ⁊ argento ⁊ lapidibus preciosis ⁊ ꝙ crux christi iam tantū erat per eraclium exaltata et amplius exaltanda. et cum nō posset ipse dyabolus iam amplius defendere plures deos nec totaliter negare legem moysi ⁊ euangelium christi quod iam diuulgatum erat per totum mundum. Cogitauit ꝑfectionem legis quasi medie inter nouum ⁊ vetus decipere mundum ⁊ ad hoc exequendū assumpsit quendam hominem dyabolicum nomine machometum ritu ydolatram fortuna pauperum mente superbissimum ⁊ maleficijs famosum vt supra visum est. Et quidem libentius assumpsisset dyabolus hominem bone fame. si fuisset permissus. sicut et libentius primum attemptasset hominem per aliud animal in quo ipsius malicia celaretur q̄ per serpētem si fuisset permissus. sed nō permisit diuina sapientia, nisi vt talem assumeret ⁊ per talē hominem mundum inuaderet vt mūdus de facili aduertere posset qualis esset lex data per talem legislatorem.

De fundamento legis machometi.

Quarta consideratio

est scire in quo saraceni firmāt sue legis fundamentum. Et patebit ꝙ nihil reale habent sed totum est ficticium et fabulosum et tam manifeste mendacium ꝙ vnusquisq̧ ratione capax aduertere poterit hāc legē nulliꝰ firmitatis existere. Unde dicitur in alchorano in capitulo filiorum israel laus eius sit qui transire fecit seruuꝫ sub vna nocte ab oratorio elharam que est domus meque vsq̧ ad oratorium remotissimum que ē domus sancta in hierusalem quā benediximus. Expositio huius sententie est in libro qui dicitur arabice halina hereig quod latine interpretatur in altum ascendere. et ideo vulgariter dicitur scala machometi in quo sunt octuaginta quinq̧ capitula in quibus narrat fictionem quandam sui ascēsus et descensus. Ex quibus omnibus breui summula compilaui intentum suū circa sue legis fundamētum. Dixit ergo narrans fictionem suam sic. Cuꝫ ego machometus essem mequa in domo mea ⁊ iacerem in lecto proprio iuxta vxorem meā post multam vigiliam in lege dei cogitando aliquantum dormire cepi ⁊ statim venit ad me gabriel angelus qui sub hac forma se mihi ostēdit quia facies eius erat alba plusq̄ lac aut nix aliqua et capelli erant rubicundiores corallo multo etiam rubicūdo habebat supercilia valde ampla ⁊ os pulcherrimum et bene formatum dentes quidem albos et valde claros ⁊ indutus vestibus omni re albioribus ac ditissime operatis cum perlis et lapidibus preciosis cinctus erat duabus zonis auri purissimi ⁊ earum quelibet amplior grandi palmo manus ipsius rubicūde queādmodū ignis ⁊ ale ac pedes viridiores oī smaragdo. dixitq̧ mihi machōete. surge veni post me stringēs te zona ⁊ circūuoluēs caput tuuꝫ atq̧ corpus tuella tua alba. qꝛ deus vult tibi multa sue potentie ac secretorū suorum mirabilia

ostēdere in hac nocte. Cum ergo surgerem ac venirem ad portā domus mee respiciens vidi ꝙ gabriel tenebat ꝑ habenas quandā bestiam quā mihi adduxerat cui nomen erat alborac que talis erat forme. Erat em̄ grandior azino 7 paruior mulo habebat faciē hoīs 7 crines eius erant de parlis pectus aūt de smaragdo. cauda de robino oculi clariores sole. pedes 7 vngulas habebat ad modum camele. Hec bestia erat zellata quadā zella c sic mirabilit̄ cum parlis 7 p̄ciosis lapidibus operata ꝙ nullus est qui dicere possit. Multa alia dicit de ornamento huius bestie. Sequit̄ 7 hec bestia tota circūdata erat angelis qui custodiebant eam. Tunc dixit mihi gabriel machomete ascende suꝑ bestiā istaȝ et equita et cum appropinquarē bestie vt equitarem noluit sustinere. Et angelus dixit ei Alborac morare quiete et sustine ꝙ hic equitet suꝑ te qr iuro ꝑ nomen dei ꝙ nūq̄ te homo talis equitauit adhuc nec etiam hoc durante seculo equitabit. Tūc bestia illa dixit. quis ē ergo iste. Et gabriel respōdit ei dicens hic est machometus dei nuncius 7 ꝓpheta magnus 7 cū bestia hoc audiret statim quieta mansit et equitaui. gabriel vero mihi scandile tenuit siue staffam 7 cōfestim alborac ire cepit ita cito atq̄ suauiter ꝙ nullū os hoīs hoc dicere valeret. ego nanq̄ respiciens passus eius vidi ꝙ ita magni erant ꝙ inter vnū passum 7 alium erat tantuȝ spacīj quantū possit homo longius ꝓpriis oculis respicere a remotis. Et ibat directe versus templū hierosolomitanū 7 gabriel veniebat a dextris mecum. Et audiui quandā vocē bis mihi dicentē ha. ha. machomete expecta me et ego nihil respondi. Deinde vidi quandā dn̄am pulchrioreȝ quā vnq̄ vidi que tribus vicibus dulciter clamās dixit ha. machomete aliquantulū me expecta 7 ego cum appropinquassem 7 vellet mihi loqui nō modicum dedignatus reliqui eam. Dixitq̄ mihi gabriel. mō cognosco magnā in te scientiā fore 7 dicam tibi q̄re. scias ꝙ vox illa que primo te vocauit erat lex iudeorum 7 si respondisses ei oēs tue gentes iudei facte fuissent. Vox vero scd̄a. lex xp̄ianorū fuit cui si respōdisses oēs tue gētes fidei xp̄iane adhesissent. sed dn̄a illa cunctis induta coloribꝫ que postremo te vocauit est mundus iste qui delicījs omnibꝫ plenus extat 7 quia expectasti eam scias vero qr gentes tue plus solaciorū plusq̄ deliciaruȝ habebunt q̄ oēs alie gētes que vnq̄ in p̄terito fuerint vel sint in futuro. sed qr dedignatus reliquisti eam nec sibi respondere curasti tu magis sine peccato eris q̄ fuerint omnes alīj ꝓphete hactenus vel qui imposterum subsequunt̄. quo dicto tacuit 7 duxit me in templū. 7 postq̄ fuimus ante portā templi p̄cepit mihi vt descenderē ad quendā nigrum lapidē vbi soliti erant ꝓphete descendere 7 descendi. 7 cum descendissem gabriel angelus ꝑ habenas ligabat alborac ad lapidem p̄notatum 7 accipiens me ꝑ manum duxit in templū in quo inueni omēs ꝓphetas stātes in circuitu templi deintus quos deus illuc venire ꝓ me honorando 7 exire de eorum fecerat sepulchris stabant quidē omnes me expectādo erecti suꝑ pedes suos 7 cum viderunt me cuncti orationes facere ceperūt. Tunc gabriel mihi dixit. Veni machomete 7 fac orōnem priusq̄ alīj quia tu es rex ꝓphetarum oīm 7 cunctarū gentiū dn̄s qd audiens misit me ante 7 feci duas orōnes satis leues Deinde erexi me suꝑ pedes et statim omnes ꝓphete me salutauerunt gaudentes et mihi magnū honorem contulerunt et amplexantes me dixerūt mihi bona noua de maximo bono quod deus mihi p̄parauerat et meo populo vniuerso et ꝓ me deinde omnes deum rogauerūt. Alibi dicit̄ in. ij. libro doctrine sue ꝙ inuenit ibi Abraham moysen et ihm filium marie et dicit ꝙ moyses obtulit sibi vnum vas plenum vino. et abraham aliud plenū lacte. 7 ihesus aliud plenum aqua. Et tūc ego ait machometus audiui vocem quandā coram omnibꝫ astātibus celitus dicentis mihi. Si vas vini elegeris tu cum populo tuo peribis. Si aūt vas lactis submergeris. Si vero vas aque elegeris tu cum omnibus tuis ad deum imperpetuum dirigeris. Et cuȝ machometus p̄dicaret hoc fundamentū in hierusalem cunctis astantibꝫ in confirmatione sue fictionis addidit moyses erat ruphus et crispus. iesus filius marie erat flauus capillis et medie stature 7 videbant̄ ab eius capite aque ꝓsilire 7 tn̄ aqua nō erat ibi abrahā erat ꝓcerto mihi similis. Sequit̄ in p̄dicto libro scale machometi p̄actis oratōnibꝫ in templo vt supra. Ecce gabriel ꝑ manum meā accipiens duxit extra templum et ostendit mihi quādam scalam que durabat a primo celo vsq̄ ad terram vbi stabant. Erat em̄ scala illa pulchrior res q̄ vnq̄ visa fuerit 7 ipsius pedes iuncti sunt ad lapidem illum ad quē descēderā ego primo et primꝰ gradus erat de rubino. Secundus de smaragdo. Tercius de perla albissima et quilibet alioruȝ de lapide p̄cioso iuxta naturā suam cum perlis operato ex auro purissimo tam ditissime ꝙ nullū cor hominis cogitare hoc possit et erat circūdata āgelis qui custodiebant eum. Gabriel quoq̄ me per manum accepit et eleuans a terra posuit me super primum gradum scale et dixit mihi. Ascende machomete et ascendi et gabriel mecum sim̄r. angeli vero cuncti associabant me qui erant ad scale custodiā deputati. et ꝓcedens ꝑ scalam vidi quēdam angelum valde magnum qui suꝑ cathedram sedens tenebat in manu sua tabulam quandā que ab oriente durabat vsq̄ ad occidentem qui vna hora tabulam respiciebat et alia mundū 7 p̄cepit mihi gabriel ꝙ salutarem eum quia magnū tenebat locuȝ coram deo. salutaui et ipse reddidit mihi salutatiōȝ capite suo et non tm̄ ore. Et dixit illi gabriel. quō nō salutas hoiem meliorem de mundo. 7 ille quesiuit a gabrieli dicens. quis ergo hic est. gabriel respondit. hic machometus nuncius dei nostri. Et ille. Est ne ipse iam missus. Et gabriel dixit. vtiq̄ sine dubio et statim me salutauit angelus dicens. valde bona noua de maximo bono quod deus mihi preparauerat. Dixit etiam adhuc angelus ille ꝙ ego eram altior et honorabilior nuncījs omnibus et de iure cunctorum dn̄s populorum. Et addidit. Scias machomete ꝙ populus tuus erit ille qui in hoc mundo manebit posterior 7 plus durabit quam oēs alīj populi vniuersi quia deus multum diligit gentem populi eo ꝙ vitant malum et faciunt quidem bonum 7 sic ab illo expeditus. gabriel mihi dixit ꝙ ille erat angelus mortis. Quo audito mox versus ipsum iui et dixi. Es tu angelus mortis. qui respondit vtiq̄. Postea quesiui ab eo rogans ꝙ diceret mihi quomodo ipse de corporibus hominum animas extrahebat. Qui respondit. Scias machomete ꝙ ab illa hora qua Adam qui fuit primus hominum creatus est a deo et positus super terram dedit mihi deus hoc officiuȝ vt extraham animas de corporibus hominum vsq̄ ad venturam iudicīj diem magnam. ita ꝙ nemo viuus remaneat excepto solum deo 7 me etiam cum eodē. debet nāq̄ postea deus mihi aīam meā extrahere ac ipse postmodū sine fine solus in vita ꝑdurabili remanere. Et q̄siui ab eo quō coḡsceret que aīe iture essent in ꝑadisū et q̄ in infernū. Et rn̄dit

machomete nonne vides tu ꝙ noīa cunctorum ho
minū quiquondā fuerunt ⁊ qui modo sunt ⁊ erūt
vsq̄ in fine3 pn̄tis seculi oīa in hac tabula scripta
patent. Et etiā mors quā habiturus est ipsorum
quilibet nec nō ⁊ bonū ⁊ malum qđ deus iam illis
pparauit iuxta meritū singulorū. ⁊ ideo bene scio
qui eorū in paradisum ⁊ qui in infernū sunt ituri.
Narrat etiā ibi modū quō mittit angelos bonos
ꝓ bonis ⁊ malos ꝓ malis et quō extrahit aīas bo-
norū cum dextera ⁊ aīas malorū cum sinistra. Se-
quit̄ ⁊ ꝓfectus inde vidi alium angelū ita magnū
ꝙ tenebat caput suū supra celum et pedes eius in
abyssum qui factus erat ad modum galli cui deus
ostenderet omēs horas quib⁹ fieri orōnes debebant
Nam cum tp̄s erat orandi veniebat quedā vox de
celo dicens. tu creatura que deo es obediēs ꝑcipio
tibi ꝙ laudes deū. ⁊ mox ille angelus alta voce di-
cebat bñdicat̄ deus rex sanctissimus angelorum ⁊
aīarum ⁊ creaturarū oīm quo dicto galli qui sunt
in terra hoc audientes cōfestim cantabant oēs et
deum cantando laudabāt dicentes in cantib⁹ suis
vos oēs qui obedientes estis deo surgite ⁊ laudate
ipsum qm̄ idē potēs est sup oēs res ⁊ ipse fecit eas.
etiam ⁊ creauit. Et ꝓfectus inde vidi quendā aliū
angelum cuius medietas erat ignis ⁊ medietas ni
uis nec tn̄ ignis destruebat niuem nec econtra qui
etiā laudabat deū orans ꝙ sicut in eo cōiunxerat
ignem ⁊ niuem sic coniungeret corda gentiū q̄ sibi
obediētes essent. Et ꝓcedens inde vidi aliū ange
lum ita ⁊ magnū ꝙ eius magnitudinē dicere non
auderē salutaui eum. sed ipse in orationib⁹ existēs
nō mihi rn̄dit. dixitq̄ sibi gabriel. Quare nō salu-
tas meliorē hoīem vniuersi seculi. Et ille. quis est
ille de quo dicis. Et gabriel angelo. hic est macho
metus quem vides. Et ille. Est ne ipse missus ad
huc. Et gabriel rn̄dit. vtiq̄ vere. Et ecce stati3 an
gelus ille ac alij quos primo viderā salutauerunt
me et dixerunt mihi valde bona noua de maximo
bono qđ pparauit mihi deus. Et ꝓfectus inde vi-
di aliū angelū mirabili modo magnū qui sedebat
sup sedem ⁊ tenebat intra manus suas pilā ꝙ̄ma-
ximam cū quasi ipse solū vnū ictum daret celū de-
strueret atq̄ terrā ⁊ cum gabriel pilā respiceret eā
dem statim plorare incepit. Et dixi ei. Cur ploras
Et ille machomete. Hic angelus thesaurarius est
inferni. Quo audito iui versus eū ⁊ ipsu3 salutaui
Uerūtn̄ ipe mihi nō rn̄dit. Gabriel aūt dixit. quō
nō rn̄des meliori hoī ꝙ vnq̄ fuerit adhuc missus.
Et rn̄dit sicut supradictū est de alijs. Et addit ꝙ
illi qui de ꝑplo meo in inferno extiterint minus pe
narum habebunt ꝙ̄ alij vniuersi ⁊ rogaui eum vt
mihi diceret quō infernus factus est. et statim sic
mihi narrare incepit. Scias machomete ꝙ quō in
fernus primo factus est. deus fecit accendi ignē su
per eū septuaginta milib⁹ annorū quousq̄ factus
est totus rubens igne illo. Postea vero sup illum
ignē fecit sup accendi ꝑ tantūdem tp̄is aliū donec
totus factus est albus. ⁊ post hunc ignem fecit ad
huc aliū sup accendi sil̄r ꝑ alia septuaginta milia
annorū ita ꝙ totus niger factus ē ⁊ plusq̄ aliqua
res obscurus ignis aūt iste semp in seipo ardet mi
rabili modo fortiter. sed tn̄ flamam aliu3 nō emit
tit. Quesiui iterum ab eo sil̄r quō facti sunt ange
geli inferni ⁊ quā vitam ducunt. Et rn̄dit scias ꝙ
deus creauit eos oēs de igne ⁊ sunt in igne nutriti
et si hora sola de igne exirent subito morerent̄ nec
possent sine igne viuere sicut nec piscis etiam sine
aqua. Et sil̄r creauit eos deus mutos et surdos et
misit in corde eorū tantū duriciei ⁊ crudelitatis ꝙ
hoc nemo recitare valeret nesciunt eni3 quicquid
aliud facere ꝓterq̄ torquere crudeliter ⁊ affligere
peccatores. ⁊ ideo fecit eos deus mutos et surdos.
ne audirent voces seu lamenta peccatorū cū ipsos
affligūt. Et sil̄r fecit eos ita crudeles ꝙ si forte vi-
derant peccatores aliqua signa humilitatis ꝑten-
dere ipsi neq̄ de peccatorib⁹ neq̄ de solo humilita-
te curam habeant aut vllam etiā pietatē. Nam ꝑ
ter penam ignis inferni quā sustinent peccatores
habent penā aliam valde crudelē quia angeli qui
sunt ibi maximis malleis ferreis torquent et mal
leant duriter peccatores ꝓpter maximā crudelita-
tem que in eis est put in alchorano loquit̄ deus di
cens. misimus quide3 in infernū angelos nostros
fortes ⁊ duros atq̄ crudeles vt nostra mādata fa-
cient ⁊ obseruent ipsi ꝙ̄ nobis obediunt in omni-
bus q̄ mandamus. ⁊ cū thesaurarius mihi hec oīa
retulisset ego ⁊ gabriel ab eo recessimus timore expa
uescentes nō modico. Et vltra ꝓfecti sumus quo-
usq̄ venimus ad primū celū et hoc dicit̄ celū lune
qđ totum erat ferreū et habebat tantū spissi in so
liditate quantū possit hō ire in quinq̄ annis ⁊ tā
tundē spaciū erat inter ipsum ⁊ alium scdm celum
Gabriel autē pulsauit ad portā ⁊ statim venit ad
nos quidā angelus ita magnus ꝙ ipse in longitu-
dine habebat spaciū itineris hoīs ꝑ mille annos.
et tantundē in latitudine. vidimus etiā portas ce
li q̄ mirabiliter pulchre erant ⁊ multos etiā ange
los custodientes eos qui erant valde bene ac ditis
sime pornati. Tunc gabriel venit ad vnā portarū
vt intraret qđ cum vellet facere quidā angelus di-
xit ei. gabriel quid vis ⁊ quis est tecū. Qui rn̄dit.
mecum est machometus ꝓphetarum sigillu3 oīm
et cunctorū dn̄s nunciorū ⁊ volumus ibi intus in
trare. Hoc aūt dicto mox nobis porte apti sunt et
intrauimus ⁊ cum introissemus omēs angeli qui
erant ibi salutauerunt me ⁊ dixerunt mihi valde
bona noua de quib⁹ non modicū sum gauisus. Et
respiciens vidi ꝙ ipsi habebant facies hoīm ⁊ cor
pora ad modū vaccarū habebant etiā ad modum
aquilarū alas ⁊ erāt hi angeli numero septuagin-
ta milia q̄rū q̄libet habebat septuaginta milia ca
pita ⁊ qđlibet caput septuaginta milia cornua. et
qđlibet cornu septuaginta milia nodorum ⁊ inter
vnum nodum ⁊ aliū erat spaciū itineris hominis
ꝑ quadraginta annos. Uidi adhuc plus ꝙ in qđ
libet ꝑdictorum capitu3 erant septuaginta milia
facierum et quelibet facies habebat septuaginta
milia orum et qđlibet os septem milia linguaru3.
et quelibet ex linguis illis sciebat septem milia lo
quelarū et etiā laudabant deum septuaginta mi-
libus horarū in die. Uidi etiā inter angelos illos
duos hoīes sedētes sup duos sedes claritatis qui
nimis pulchri erant tam statura corporū ꝙ facie3
forma habebāt eīm capillos suos omnes albos ad
modum niuis et barbas etiam magnas in eunde3
modum albas ⁊ vestimenta ipsorum erant ita al-
bissima ꝙ vix poterat homo respicere ipsa. Nam
circa ipsorum capita valde maximam claritatem
habebāt. Et quesiui a gabriele qui illi essent. qui
respondens ait. Scias machomete ꝙ ille qui se-
dit in inferiori sede vocatur iohanns ibui3acha-
ria quod interp̄etatur iohannes filius zacharie.
Est enim hic ex dei ꝓphetis vnus. Ille tamen ali-
us qui altius sedet vocatur. ysa ibnmariem. qđ
interp̄tat̄ ihesus filius marie. Hic eīm ihesus spūs
dei est et ipsius etiam genitus verbo fuit. Quo au
dito iui versus eos ⁊ ipsos etiam salutaui. Ibide3
tandem quesierunt a gabriele quis ego essem ga-
briel autē nomen meū dixit eisdem ac ipsi cōfesti3
salutauerunt me et dixerunt etiā mihi valde bo-

na noua de maximo bono quod deus mihi prepa-
rauerat. Quibus visis ꝓcessimus inde quousqꝫ ꝑ-
uenimus ad scđm celum quod totum erat ereum
et habebat in spisso tantū spacij quātū posset ho-
mo ire in quingentis annis ⁊ tantudē inter ipsū
et aliud celum erat. Gabriel vero pulsauit ad por
tam ⁊ confestim venit ad nos quidaꝫ angelus qui
aperuit nobis eam ⁊ hic angelus ita magnus erat
ꝙ tenebat caput suum vsqꝫ ad celum septimum et
pedes suos etiā vsqꝫ ad fundum terre. Hic narrat
ꝙ vidit angelos qui septuagesies millesies habe-
bant maiora corpa ꝙ̄ habuerunt alij angeli quos
viderat in alio primo celo et quō salutauit eos et
qualiter ipsi ꝓcognito suo noīe ꝑ gabrielem saluta
uerunt eum sicut supradictū est. Narrat etiā ꝙ vi
dit inter eos ioseph filium iacob etate senem et se-
dentem in claritatis sede quē cum salutaret ⁊ a ga
briele cognosceret ꝙ esset machometus dixit ꝙ ip
se etiā salutauit eum ⁊ dixit ei bona noua ⁊c. Pro-
fecti ergo inde ꝑuenerunt ad tercium celū qđ totū
dicit fore argenteū ⁊ ꝙ habebat in spisso spacium
itineris hoīs ꝑ quingētos annos ⁊ tantumdē etiā
inter ipsum ⁊ quartū celum. Narrat hic quō vo-
cante ad portam gabriele venit ad eos quidam an
gelus ita magnus ⁊ fortis ꝙ si aliquis poneret su-
per palmā eius totum mundū cum omnibꝫ que in
eis sunt nihil inde sentiret. Dicit etiam ꝙ vidit ibi
angelos valde magnos habētes facies vaccarum
et manus claritatis ordinati ꝑ acies et ita stricti ⁊
coniuncti ꝙ homo non posset solū pilam mittere
inter eos ⁊ quō eos salutauit vt supra. Dixit etiā ꝙ
vidit inter eos enoch ⁊ helyam sedentes suꝑ sedes
claritatis et quō gabriel notificauit eis nomē ma
chometi et ipsi suo noīe audito qualiter eum salu-
tauerunt vt supra. Peruenientes ad quartū celuꝫ
dicit ꝙ erat totū de auro purissimo et ꝙ habebat
tantū de spisso quātū homo possit ire in quingen
tis annis ⁊ tantū inter ipsum ⁊ aliud quintū celū
Dixit etiā ꝙ pulsante gabriele ad portaꝫ venit ad
eos vnus angelus qui ita magnus erat ꝙ suꝑ polli
cem dextre sue manus tenebat oēs aquas dulces ⁊
suꝑ pollicem sinistre amaras. Dixit iterū ꝙ vidit
ibi septuaginta milia angeloꝝ qui oēs habebant
facies aquilarū ⁊ eorum quilibet septuaginta mi-
lia alarum ⁊ quelibet ala septuaginta milia pēna
rum ⁊ quelibet penna in longitudine habebat se-
ptuaginta milia cubitorum inter quos dixit se vi
disse aaron sedenteꝫ in sede claritatis dyademate
splendido coronatū ⁊ quō salutauit eum vt supra.
In quinto celo qđ dicit totum esse de perla et ha-
bere tantū spacij in spisso sicut est itineris hoīs ꝑ
quingentos annos ⁊ tantundē inter ipsum ⁊ celuꝫ
sextum vocāte gabriele afferit ꝙ venit ad eos qui-
dam angelus qui totus erat de igne ⁊ habebat se-
ptē milia brachiorū ⁊ in qlibꝫ brachio septē milia
manuū ⁊ in q̄libet manu septē milia digitoꝝ et ꝙ
qlibꝫ illoꝝ digitoꝝ laudabat deū septē milibꝫ ho
rarum in die. Dicit etiā se ibi vidisse multitudineꝫ
angelorū quorū facies erant ad modum vulturū ⁊
quō salutauit eos vt supra. Et inter eos narrat se
vidisse moysen pulcherrimū suꝑ sedem claritatis
sedentem et quō salutauit eum ⁊ qualiter cognito
eius noīe a gabriele eis dixit. Scias machomete
ꝙ deus te vult ⁊ ppl'm tuum magnis ieiunijs ⁊ nō
paucis orationibꝫ onerare. tu aūt roga ipsum vt al
leuiet ea tibi quia ppl'us tuus aliter sustinere non
posset. In sexto celo qđ dixit totum esse de smara-
gdo ⁊ habere in spisso iter quingentorū annorum
et tantundē itineris inter ipsum ⁊ septimum celū.
Narrat etiā ꝙ gabriele pulsante ad portam venit
ad eos quidā angelus qui septuagesies milies erat
maior ꝙ̄ aliquis ex alijs quos primo viderat et ꝙ
talis erat eius magnitudo ꝙ si ipse vellet facere ce-
lum absorberet atqꝫ terram et nullus quippe ꝑsen
saracenoꝝ ẽ cõtra xpi cõceptõem quam nos xpiani affirmamus de spũsancto q̃ est tercia in trinitate ꝑsona qd̃ ipi nõ intelligẽtes lꝫ asserant xpm̃ de virgine natũ 7 mariã virginem ꝑmansisse nõ tñ intelligunt spm̃ dei terciã in trinitate ꝑsonã ꝫ potius materialẽ flatũ qualẽ recipimꝰ in hoĩe 7 alio animãte. Dicunt.n. deo insufflante beatã virginẽ de illo flatu virginẽ cõcepisse.ꝙ volunt auctoritate 7 rõne ꝓbare.s. ꝙ flatus sit ĩ deo 7 ꝙ de tali flatu concepit virgo. Vñ dicitĩ in psal. flauit spũs eius 7 fluent aque. spm̃ istũ intelligũt materialẽ dei flatũ. Item Geñ.j.inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vite ꝙ sic intelligũt deus suo flatu insufflauit in corpus ade 7 ita creatus ẽ spiritꝰ in corꝑe ade illo flatu diuino de eodẽ flatu intelligunt qd̃ legitĩ in euãgelio. Insufflauit xpc in discipulos suos 7 ait. Accipite spm̃sanctũ 7c. Sic etiã intelligũt qd̃ gabriel dixit ad mariã. Spũsanctꝰ suꝑueniet in te.7 illud qd̃ de xpo dicitĩ cõceptus de spũsancto ex maria virgine. Rõne etiã idẽ volũt astruere sic. Virgo maria xpm̃ genuit ꝑ se nõ alio mediante ꝫ nec de virili semine eũ concepit nec de diuina substantia.ergo de quodã medio inter rõnalem creaturã 7 deum. Sed quid est medium super hoĩem 7 infra deum nisi flatus diuinus quo insufflata peꝑit virgo maria. Si flatus materialis impregnat terrã 7 germinare eã facit quid mirũ si flatus diuinus infecũdauit mariã. Ad hec rñdet alanus in suo quadriꝑtito libro.iiij.capitulo primo ꝙ illi qui hoc conãtĩ asserere indigẽt pena 7 sensu qꝛ in deo materialis flatus non est cũ sit substãtia incorporea nec habet instrumẽta flandi vt fauces 7 hmõi. Si.n.deus corporeus esset variabilis eẽt nec in omni loco incircũscriptibiliter eẽt.ꝙ autem deus incorporeus sit rõne non indiget cũ oĩs ratio tam humana ꝙ diuina hoc irrefragabiliter affirmat. Flatus enim dei siue spũs dei dicitĩ spũssanctus q̃ ꝓcedit a patre 7 filio de quo dicitĩ spiritus dñi ferebatur suꝑ aquas Geñ.j. 7 xpc dicit spiritus vbi vult spirat. Si spũssanctus aliqua volũtas est rationalis est 7 ita materialis flatus non ẽ Item apl̃s dicit ꝙ spũssanctus postulat ꝓ nob gemitib inenarrabilibus.xpc etiam ait. Ite ꝑdicate euangelium omni creature baptizantes eos in nomine patris 7 filij 7 spũssancti. Hic spũssanctꝰ cõnumeratur patri 7 filio. 7 ita vna ẽ in trinitate ꝑsona de hoc spũ dicitur flauit spũs eius et fluent aque.cum eñ spũs.s.ꝑ gratiam inspiratĩ peccatorib qui dicuntur aque ꝓpter fluxum peccatoꝝ aq̃ fluunt.i.peccatores conuertuntur fluunt propter fluxum lachrymarum ꝑ penitentie lamentum. ꝙ autem dicitĩ dñs inspirasse spiraculum vite in corpus ade.sic intelligendum est spm̃ hominis creando cum corpori hoĩs infudit.ꝑ hoc aũt ꝙ xpc insufflauit in apl̃os significatum est ꝙ gratiam spũssanctus infundebat in eos. Suꝑuenit autẽ spiritussanctus in virginẽ gloriosam qꝛ ei infudit gratiam suam. Eadem rõne dicitĩ cõcepisse de spũsancto.i.oꝑe spũssancti nõ de substãtia ipius. ipa enim virgo sola dei auctoritate de carne sua xpm̃ concepit sine alterius rei ꝑmixtione.nec aliquis debꝫ intelligi flatus materialis vt iam dictuꝫ est a deo ꝓcedens rõnalem creaturam excedens qꝛ si aliquis materialis flatus ꝓcederet a deo aut eẽt eiusdẽ nature cum deo aut nõ. Si eẽt eiusdẽ nature cũ deo ꝫ eẽt deus 7 ita de diuina natura cõcepit virgo ꝙ dictu 7 intellectu ẽ horribile asserere. Si vo ille flatus nõ est diuine nature.queritĩ ergo cuius nature sit.si corporee nature ẽ 7 nõ diuine erit angelus vl̃ aĩa cũ spũs sit.7 ita beata virgo de angelo vel aĩa concepit. Si aũt corꝑalis est nihil aliud ꝙ aer eẽ videtĩ 7 ita absurdissimũ ẽ ꝙ sequitĩ vt dicamus virginẽ ex aere cõcepisse hoĩem. Queritĩ iterũ a saracenis vtrũ ex solo flatu facta sit illa cõceptio. si ex solo flatu cõceptus ẽ xpc quõ ex solo flatu flatꝰ ẽ hõ vel ipse flatus factus ẽ hõ.fuit ille flatus aĩa xpi vel vnitus anime xpi.si fuit vnitꝰ aĩe xpi spiritus sophisticus eẽ videtĩ.corpus etiã ꝙ xpc habuit fuit de carne virginis aut nõ.si nõ fuit d̃ carne virginis filius virginis non fuit. Vñ ergo carnẽ habuit si de virgine habuit fuit flatus ille vnitꝰ carni vt ex illis duob fieret cõceptio 7 illo flatu animaretĩ caro ad hoc vt xpc fieret hõ. Sꝫ obijcit saracenus veritatis inimicus si xpc nõ fuit de substãtia diuina vel de flatu dei cõceptus quõ ergo fuit dei filius. Ad qd̃ rñdetur ꝙ xpc ꝭm humanã naturam fuit filius virginis 7 ꝭm diuinaꝫ filius dei ab eterno a patre natus ꝭm diuinitatẽ. In tꝑe vo de virgine ꝭm humanitatem.ꝙ aũt xpc fuerit deus 7 homo supra libro primo latissime ꝓbatum est.

Q꞉ xp̄c non sit deus.

Erciū argumentum

saracenoꝝ est contra xp̄i diuinitatē. Arguunt. n. contra nos si xp̄c eēt deus ipse de se hoc in euangelio declarasset ꝫ hoc est falsum q꞉ nunq̄ hoc de se asseruit nec dixisse legit̄ se eē deū quicquid sit ꝺ argumenti sequela addit ꝙ insipiēter dicunt. s. ꝙ nunq̄ de se xp̄c asseruit se esse deum. Respondetur multiplici testimonio ipius xp̄i oppositum esse verū. Unde Mar. xiiij. habet̄. ꝙ cum sacerdos interrogaret ihm dicens tu es xp̄c filius dei benedicti. R̄ndit ihus ⁊ dixit illi. Ego sum. est manifesta confessio ꝙ xp̄c est deus ꝓpter q̄ꝺ summ⁹ sacerdos scidit vestimenta sua ⁊c̄. Item iohis. vj. Ego sum panis vite qui de celo descendi si q̄s mā‑ducauerit ex hoc pane viuet ineternuꝫ. Itē iohis viij. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nō ambulat in tenebris ꝫ hēbit lumē vite. Itē ex pluribꝫ alijs locis. Ego suꝫ resurrectio et vita. Ego sū via vitas ⁊ vita. Ego suꝫ ostiū ꝑ me siq̄s introierit sal uabit̄. Ego principiū q̄ ⁊ loquor vob̄. Ego sum alpha ⁊ o. principiū ⁊ finis. que omnia non possunt competere nisi deo vero vt patet cuilibet intuenti. In cōfirmatōem huius iudei allegātes causaꝫ coram pylato quare deberet mori xp̄c dixerunt q꞉ filium dei se fecit. Et sic patet q̄insipienter ⁊ stulte locuti sunt saraceni in p̄allegato argumento.

Contra xp̄i mortem.

Uartū argumentū

saracenoꝝ est cōtra xp̄i mortē. Ipi eniꝫ asserūt xp̄m imortalē ⁊ impassibilē fuisse qui conceptus de dei flamine. ⁊ ideo dicunt ipm non fuisse passum vel mortuū nec a mortuis suscitatum. sed asserunt loci alium hoīem posuisse cum iudei vellent ipm cruci affigere ꝙ ita nitūt̄ probare si xp̄c de flato diuino conceptus est sicut flatus diuinus incorruptibilis est ita Xp̄c impassibilis. Preterea indecens esset xp̄m de flatu diuino cōceptuꝫ ⁊ quodāmodo dei filiū crucis subire patibulum. R̄ndetur ꝙ xp̄c ꝫm ꝙ dei filius est nec passus nec mortuus nec suscitatus est ꝫ ꝫm infirmitateꝫ humane nature quam assumpsit de virgine: q꞉ xp̄c si carnem assumpsit aut passibilem habuit aut impassibilem. Si impassibilem vnde eam assumpsit. Si passibilem ⁊ pati ⁊ mori potuit ⁊ ex diuinitatis virtute a mortuis resurgere. Sed si ꝺ carne virginis passibilem carnem assumpsit ⁊ sic passibilis fuit. ꝙ aūt xp̄c filius dei fuerit ⁊ ꝫm hoc imortalis ⁊ filius virginis ⁊ ꝫm hoc mortalis diligenter superius libro primo ꝓbatum est. ⁊ etiam ꝙ xp̄c passus mortus ⁊ suscitatus fuerit ibidē latissime probatum est in aꝑtione. xij. thesauroꝝ. Et si dicat saracenus miserum eē xp̄m subisse mortē ꝫm infirmitatē. R̄ndetur ꝙ hoc non reputamus xp̄i miseriā sed dignatōem quia ex summa misericordia fuit ⁊ dignatōne ꝙ xp̄c carnem assumpsit ⁊ mortē subijt nō ꝙ meruisset hoc cū peccatū nō fecerit vt ⁊ ipi saraceni fatent̄ ꝫ vt a morte nos ꝑ morteꝫ redimeret Si. n. rex aliquis misertus serui sui iacentis in luto lutum intraret vt seruū liberaret nō hoc ascriberet̄ miserie regis sed dignatōni. Ex verbis etiaꝫ ipius alchorani eligitur p̄dictus error. Unā ait in capitulo. xxviij. in ꝑsona xp̄i dum inter homīes cōuersarer iniunxit mihi. s. deus nec me virū difficilē ꝫ maloꝝ exꝑtem creauit ⁊ suꝑ me est diuina salus in die mee natiuitatis ⁊ mortꝭ ⁊ a qua iterū viuus accedam. hec ibi.

Contra trinitatē ꝑsonarum.

Uintū argumentū

saracenoꝝ est contra trinitatem ꝑsonarum. Cum enim audiuit machometus ꝙ Christiani ponebant in deo tres personas non valens intelligere sine pluralitate diuine essentie. cogitauit ꝙ ponebant tres deos. ⁊ iðo negauit trinitatem in deo. ⁊ iðo dixit in alchorano in capitulo elenesa nō dicatis tres quia deus est deus vnus. lꝫ pluralitas ꝑsonaꝝ in deo posset ostendi ex sacra scriptura ⁊ rōnibus sicut supra ꝓbatum ē contra iudeos libro. iij. consideratione. iiij. articulo. xxiij. quia tū primū vt infra dicetur dicunt esse corruptum. Secundū vo audire nolūt cum noluit credere nisi his que tradita sunt eis a suo mgr̄o in alchorano. Ideo ad eoꝝ cōfusionē ex eodē alchorano volo oñdere pluralitateꝫ ꝑsonaꝝ in diuinis ad q̄ꝺ cum non poterit r̄ndere cōpellātur intrare cōuiuium veritatꝭ. Queramus ergo a saracenis q̄d sibi voluit alchoranū. quia totiens induxit deum de pluralitate loquentē. Dicitur etiam in capitulo elbalkara in ꝑsona dei diximus angelis adorate adam ⁊c̄. Ex hoc cōtinuauit postea vsq꞉ ad finem libri aliquo mō loquendo de deo in singulari aliquando in plurali ⁊ certissimū est omnibꝫ xp̄ianis iudeis ⁊ saracenis ꝙ deus ē vnus ⁊ solus ⁊ simplex ⁊ nō habet nec pōt habere cōsortem. quare igit̄ de se loquitur pluraliter nō possunt dicere ꝙ deus loquitur de se ⁊ angelis. dicitur. n. ibi diximus angelis. hec ergo locutio dei est nō angeloꝝ sed ad angelos. Iteꝫ secundo in capitulo sad dicitur ꝙ omēs angeli adorauerunt adam nisi dyabolus ergo oībus angelis dixit deus. Tercio capitulo in multis locis in alchorano induxit tales locutōnes de deo in plurali in talibus actionibꝫ in quibꝫ angeli nullo modo cōmunicant sicut in creatione mundi in iustificatione impij dicit̄ in alchorano in pluribꝫ locis in ꝑsona dei nos nunq̄ creauimus celū ⁊ terram ⁊ intermedia ꝓ ludo. ⁊ nos iustificam⁹ hominem ⁊c̄. ⁊ nos misimus xp̄m filium marie ⁊ dedim⁹ ei spiritum ⁊ euangelium ⁊ miracula ⁊ talia in quibus angeli nullo mō cōicare p̄nt cū deo. angeli. n. creati sunt a deo ⁊ nō creatores cū deo creante celū ⁊ terram ⁊ intermedia. nec possunt dicere saraceni ꝙ vox illa pluraliter sit excellentissimi creati per quod deus omnia fecit vt dicunt. Constat enim ꝙ quicquid est preter deum est creatura a deo creata ⁊ nulla creatura potest esse concreatrix cuꝫ deo. Item. iiij. capitulo. Non potest etiam dici ꝙ de⁹ pluraliter de se loquitur ꝓpter diuersas quidditates que sunt in eo sicut potentia iusticia et huiusmodi quas arabes appellant saphat. Ista. n. sunt in deo non accidentia sed sunt ipsa diuina essentia Unde in deo nullam compositionem nec pluralitatem faciunt vt per illa deus de se loquatur pluraliter cum tamen in angelo ⁊ homine illa accidētia aliquam cōpositionem faciant ⁊ certe talꝭ modus loquendi scꝫ ꝙ deus de se cum sit vnus pluraliter loquat̄ inuenit̄ semel a Moyse introductus in Geñ. nam in formatione hominis deus locut⁹ est dicens faciamus hominē ⁊c̄. Et dicunt iudei ꝙ est vox dei ad angelos q̄ꝺ est cōtra sacrā scripturā que nunq̄ dicit hominem creatum ad imaginem angeli sed ad imaginem dei et hoc est ꝙ statim subiungit Moyses post ista verba dicens: Et creauit

deus hominē ad imaginē 7 siĺitudinē suā ad ima-
ginē dei creauit illū. Est igr̃ vox dei patris ad filiū
vel totius trinitatis adinuicē. nam de⁹ qui ē vnus
7 simplex in eētia est ternus in ꝑsonis. 7 alchora-
nū illud simpliciter dixisset nisi q᷑ tenuit ꝙ ñ pos-
set esse distictio ꝑsonaꝝ sine distinctōe eētie. Jdō
dicit in capitulo elneza. O familia liberi nolite va
cillare in lege vestra 7 nō dicatis de deo nisi verita
tem q᷑ xp̄c ih̄s marie filius ē nuncius dei 7 verbuꝫ
dei qd̄ in ea posuit ꝑ spm̄sanctū suū. Ecce hic no-
miat deū verbum dei 7 spm̄sanctū suū. Sed timēs
ne ꝑ hoc diuina eētia diuideret̃ vel multiplicare
tur vel determinaret̃ statim subiunxit 7 nō dicatis
tres q᷑ deus est deus vnus. Ecce quātū appropin-
quauit ad illud qd̄ maxime arduū est in fide vt q̄i
cū iohanne diceret pater verbuꝫ 7 spūssanctus hi
tres vnū sunt. Induxit igit̃ in alchorano macho-
metus deū loquentē pluraliter 7 nescit cām. tenea
mus igit̃ cum eis cōiter ꝙ deus ē vnus 7 solus sim
plex 7 ipi hn̄t ī alchorano ꝙ deus ē deus vnus et ꝙ
habet verbū suū 7 spm̄sanctū. 7 sic tenemus ꝙ ipe
qui est vere deus vnus 7 simplex ꝓprie de se loquit̃
singulariter. 7 q᷑ ē trinus in ꝑsonis aliqñ loquit̃ d̄
se pluraliter. Sꝫ q᷑ late dictū est de patre 7 filio di
camus aliquid in spāli de spūsancto cōtra sarace-
nos 7 queramus ab eis q᷑ alchoranū frequentissi
me facit mentōem de spūsancto quis est iste spiri-
tussanctus. Nā in capitulo elbakara in ꝑsona dei
dicit dimisimus 7 dedimus ih̄u filio marie ꝙ face
ret ꝓdigia 7 miracula manifesta et ꝑfecimus euꝫ ꝑ
spm̄sanctū 7 idē repetit ꝑ oīa infra ī eodē capit̃lo.
Itē dicit in capit̃lo elembra de maria insufflam⁹
in ea de spūssancto 7 in pluribꝫ aliis locis loquit̃ si
milia de spūsancto. Querit̃ ergo quis ē iste spūs-
sanctus 7 ñ possunt dicere saraceni ꝙ sit aliq̄ crea-
tura pura vel aliquis angelus bonus q᷑ loquit̃ de
eo singularit̃ vt de vno sancto nr̄o. Angeli v̓o san-
cti sunt multi 7 oēs sunt dei. que esset igit̃ causa vt
de eo singulariter diceret nostro 7 sancto. Et ꝑte-
rea nō eēt magna cōmendatio de xp̄o quē alcho-
ranū intelligit singulariter cōmendare ꝙ deus de-
disset ei angelū custodē q᷑ quilibet hō hꝫ angelū
custodē. nā deus facit spūs angelos 7 nūcios nr̄os.
sicut dicit̃ in alchorano in capitulo elmelaize. Et
ꝑterea angeli nō sanctificāt hoīem. ꝟ deus īmedia
te 7 solus. sicut solus de⁹ pōt dimittere peccata vt
dicit̃ in alchorano. Si aūt ꝑdictus spūssanct⁹ sit
vere deus. sed verus deus qui de spūssancto loquit̃
dicens. dedimus spm̄sanctū 7 insufflauimus de spi
ritu nostro. cū igit̃ diuina eētia sit vna 7 simplex
7 nō posset diuidi nec distingui 7 ibi sit dans 7 da-
tum. dans qui dicit dedimus. 7 datus spūssanctus
qui dicit̃ datus 7 insufflatus 7 inter dantē 7 datū
requirat̃ distinctio. oꝑtet ꝙ deus dans 7 insufflās
7 spūssanctus insufflatus 7 datus distinguantur.
7 differant. hec est distinctio sola quaꝫ nos xp̄iani
ponimus in diuinis ꝑsonis 7 quam vocam⁹ distin
ctōnem realem ꝑ relationes originis stante vnita
te indiuisibili diuine eētie. Patet ergo declarata
trinitas personarum in diuinis cōmunitate eēn-
tialiter ex alchorano machometi quā saraceni nō
intelligunt ꝑcussi cecitate.

Contra beatitudinē eternam que in dei visio-
ne 7 non corꝑali refectōne cōsistit.

Extū argumentum

saracenorum est cōtra beatitudinē eter
nam. 7 nos xp̄iani intelligimus 7 firmit̃
credimus. scꝫ ꝙ consistit in dei beatifica visione et
illa est spiritualis refectio finalis beatorum. Sa-
raceni v̓o tenent in eterna beatitudine homines
reficiendos materiali cibo 7 potu quod sic aucto-
ritatibus nituntur ꝓbare. Deus enim promisit in
deis si bene agerent terram lacte 7 melle manan-
tem sed hoc intelligi non potest de materiali terra
ꝓmissionis quia illa non manat lacte 7 melle. ergo
in alia vite eterne. Item xp̄c promittens suis cre-
dentibus eternam refectōnem dicit vt bibatis et
edatis super mēsam meā in regno patris mei. Itē
post resurrectiōem legitur xp̄m de fauo mellis co-
medisse vt ꝑ hoc insinuaret ꝙ post resurrectiōem
omnes reficientur melle. Ad hoc dicendum ē istis
bestiis ꝙ in eterna beatitudine non erit aliq̄ ma-
terialis refectio sed spiritualis. quia tunc homi-
nes spiritualia corpora habebunt non potu vl̓ ci-
bo indigentia quia sicut attestatur xp̄c homines
in paradyso neqꝫ nubent neqꝫ nubentur. sed erunt
sicut angeli dei in celo cibo 7 potu non indigentes
7 apostolus ait ꝙ esca 7 potus ñ sunt regnuꝫ celoꝝ
caro etiā 7 sanguis regnū dei non possidebunt id-
est alimenta carnis 7 sanguinis in regno dei locuꝫ
non habebunt ad literam. de terra ꝓmissionis in-
telligi non potest qd̄ dictuꝫ est de terra lacte 7 mel
le manante. terra enim illa sterilissima est. sed per
terram manantem lacte 7 melle paradysus celestis
intelligitur qui manare melle 7 lacte dicitur pro-
pter eterne 7 ineterne refectionis dulcedinem. mē
sam auteꝫ christi que est in regno patris sui vocat
spiritualium bonorum refectionem. que spiritua
lis refectio nihil aliud est q̄ꝫ diuina fruitio. Unde
in psal. torrente voluptatis tue potabis eos. Que
autem maior insania poterit esse q̄ꝫ asserere. hec est
bonorum premia scilicet esum mellis 7 potum la-
ctis nunq̄ꝫ sustinuerunt martyres tot persecutio-
nes vt ad has deuenirent refectiones voluit lau-
rentius vri in craticula vt ad hec perueniret gau-
dia suspensus est vincentius in eculeo vt hoc frue
retur cibo certe si deus daturus esset sua materia-
lia fercula credo ꝙ elegantiora daret eis cibaria.
xp̄c autem post resurrectionem non ideo comedit
vt per hoc insinuaret resuscitatis necessaria esse. ꝟ
vt probaretur eius resurrectio vera eiusdem in nu
mero non solum per auditum cuꝫ dixit eis pax vo
bis: Luc. vltimo. quia xp̄c habebat talem modum
salutandi. spiritus enim malignus non consueuit
annunciare pacem sed discordiam nec solum ꝑ vi-
sum. cum dicit discipulis videte manus meas 7 pe
des meos quia ego ipse sum Luce vltimo. Nec so-
lum per tactum cum dixit palpate et videte quia
spiritus carnem 7 ossa non habet sicut me videtis
habere Luce vltimo. Sed etiam probauit suā re-
surrectionem esse veram ex gustu. quia corpus fan
tasticum 7 sine anima comedere nō potest. Hac er-
go ex causa dixit discipulis suis habetis hic aliqd
ad manducandum illi tulerunt partem piscis assi
7 fauū mellis. Ūn̄ cibꝫ ille nō fuit cōuersus in car-
nē ꝟ resolut⁹ in ꝑiacētē materiā. Sed ne hec cā co-
medēdi erit in resurrectōe generali. ea g̊ q̄ in sacra
scriptura de vita et̄na repiunt̃ vt cibꝫ 7 mēsa ꝑ siĺi-
tudinē vel exemplum posita sunt. Non sic autem
de secta machometi quia ipse de vera beatitudine
7 de visione dei nullam omnino facit mentionem.
quia nec desiderauit nec apprehendit ea sola que
desiderauit promisit in quo apertissime fuit con-
trarius non solum Christo sed omnibus prophe-
tis 7 omnibus philosophis 7 omnibus ratiōe vtē
tibus qui omnes communiter concordant ꝙ vlti
ma hominis felicitas sit in cognitione solum dei

iuxta illud qd dr Johis. Hec est vita eterna vt co gnoscant te solū deū verū 7 quē misisti ihm xpm et Aristotiles in quarto ethicoꝝ. 7 .xij. metaphisice. dicit ꝙ vita que ē ſm intellectū est optima igitur gulosa 7 luxuriosa est pessima vita que impedit in tellectum hoīs. Sꝫ obmissis auctoritatibꝫ sacra rū scripturaꝝ quā non recipiunt saraceni lꝫ recipe deberent cū ipe valde laudet 7 cōmendet legē dei ꝓphetaꝝ sanctoꝝ doctrinam ac euangeliū xpi fiat rō cōtra eos quā ostendat ꝙ in illa felicitate eter na non erunt actus gule 7 luxurie. Et arguitur sic Ad hoc sumimus cibos vt corruptio que possꝫ ac cidere ex cōsumptōe naturalis humidi nō sequat vt etiam cibos sumimus 7 augmentū. sed ista duo non erunt ibi. Nam oēs in debita quātitate resur gent nec amplius poterunt mori nec aliquo mō de ficere. Nam sicut dicit machometus in sua doctri na vt patuit supra cōsideratōne. iiij. postq̄ omnia mortua fuerint deus occidet mortē 7 postea resur gent immortales 7 integri. ergo cibi sumptio nō ē necessaria aliquo mō 7 eodē modo nec vsus vene reoꝝ. qꝛ nec tunc est necessariū ꝙ cōseruetur in spē qd non pōt cōseruari in indiuiduo. Iteꝫ homīes resurgentes imꝑpetuum viuent. ergo si cibo semꝑ vterent̄ in infinitū augebunt̄ eoꝝ corpa. aut erūt ibi digestiones aut alie feditates vt tantū resolua tur quantū cōuertit̄ quoꝝ vtrūqꝫ est incōueniēs. Ad hec rn̄det machomet⁹ in libro de doctrina sua dicens ꝙ non erit ibi egestio sordiuꝫ ſ; purgatio ꝑ sudorē. Et ponit exemplū de puero in vtero mr̄is qui vt dicit̄ nutrit̄ 7 non egerit. Sed exemplum 7 ratio eius nihil soluit sicut ptꝫ inspicienti. Nam quedā sunt de ꝑfectione imꝑfecti, que in re ꝑfecta eēnt ipfectio magna. Itē ista euasio machometi nihil valet qm̄ corpa resurgentiū ita erunt incor ruptibilia ꝙ nihil poterit resolui ex eis 7 sic nō est sile de vno 7 de altero de ꝑfecto 7 imꝑfecto. Iteꝫ si in istis actibꝫ esset vltima hominis ꝑfectio vt vide tur machometus expresse dicere. quid igit̄ nūc op tet abstinere ab istis 7 nō magis die ac nocte luxu riare 7 cōmedere vt hic etiā felices sumus. sed apō omnes hoīes etiam apud saracenos reputat̄ vir tuosius abstinere ab his 7 etiā ipi saraceni habēt viros cōtemplatōis 7 cōcinentes quas marie lau dant. Item si in istis actibꝫ est vltima hoīs felici tas quid faciet anima seꝑata ante resurrectiōem que nec comedere nec luxuriare pōt, nec angeli eti am vnq̄ poterunt eē felices quia istis oino carent Preterea si habēdo multas vxores 7 infinitas cō cubinas 7 adolescentulas est vltima viroꝝ felici tas vt patuit supra ꝯsideratōe. iiij. Quō ergo mu lieres poterunt vnq̄ eē felices nisi habeant mul tos viros. Erit igit̄ aut mulier felix aut vir felix 7 mulieres adolescentule infelices 7 misere. Rōna biliter ergo cōcludit̄ ꝙ omnes tam viri q̄ mulie res eoꝝ infelices erunt 7 miseri sequētes id qd de bet porcis 7 asinis. s. gulā 7 coitū.

Cōtra matrimoniū vnius vxoris tm̄.

Eptimū argumētū

saracenoꝝ est cōtra matrimoniū vnius vxoris tm̄. Cum em̄ sit illicitum in lege xpi plures vxores simul vno tpe habere. Saraceni opposituꝫ asserentes dicunt licitū eē plures vxo res simul hr̄e sicut supra patuit consideratōne. v. ꝑcepto. ix. hoc nitunt̄ ꝓbare auctoritate patruꝫ veteris testamenti: qui duas vxores simul habuis se legunt̄. vt Jacob 7 dauid 7 alij multi. ergo qua ratione licitum fuit eis habere plures vxores ea dem rōne 7 modernis. Sed hoc non affirmant sa raceni nisi vt luxurie sue satisfaciant. tota enim eo rum vita in fetore luxurie est vt supra patuit. Di cendum ergo ꝙ vna debet esse vnius. Unde 7 deus vnam dedit ade vxorem 7 nō plures. que etiam sa cramento deseruit qꝛ ꝑ hoc significatur ꝙ vna est sponsa xpi. s. ecc̄a. Unde 7 lamech mortaliter pec cauit qui primus plures vxores habuit. In vete ri aūt testamento licitum erat alicui plures vxo res habere ad multiplicanduꝫ genus humanū ad cultum diuinū tunc terram replebat fecunditas. nunc aūt celum replet castitas. a tpe enim iohan nis baptiste regnum celoꝝ vim patitur 7 violenti capiunt illud. In veteri aūt testamento a matri monio non excipiebantur nisi. xj. ꝑsone. in nouo ex cipiuntur infinite. 7 vbi apostol⁹ ait. j. Corin. vij. Q̄diu viuit mulier alligata est viro vt non possit alij nubere similiter vir mulieri vt nō possit aliaꝫ ducere. Unde vir si plures vxores habeat adulter est. 7 sicut vna mulier non potest simul habere plu res viros sic nec vnus vir plures mulieres simul. Item dicit apl's ꝙ vir non habet ptātꝫ corporis sui sed mulier. sic 7 vir vxore sua viuente nō pōt ac cedere aliam. Cum ergo saraceni dicant xpm ma gnum ꝓphetam fuisse quomodo autē de eius ver bis cōtradicere que dixit mulierem non esse relin quendam nisi causa fornicationis. Ipsi autē mul tis de causis relinquunt vxores sunt etiam int̄ eos qui dicunt mulierem relictam a marito non debe re ad eum egredi donec alter cum ea conueniat: si cut patuit supra consideratione quinta. precepto ix. Et sic ꝑuaricatores legis 7 euangelij facti sunt. In lege enim scriptum est vt si quis vxorē suā qua libet ex causa dimiserit 7 voluerit. ad eum quoqꝫ regredi ipius est. sine dubio si tamē eam alter non sordidauerit. si alter eam tetigerit ab illo imꝑpe tuum ꝓhibita est. in euangelio tm̄ non est licitum homini vxorem suam sine causa fornicatōis dimit tere. 7 qui dimissā alterius in vxorē recepit adul ter 7 mechus iudicetur. Itē si xpm credūt tm̄ fuis se ꝓphetā 7 de virgine natū 7 de flatu diuino cōce ptū vt supradictū ē cur nō celebrant eius cōceptū vel eius ortum.

Cōtra baptismū quo ad ablutōem interiorē.

Ctauū argumentuꝫ

saracenoꝝ est contra baptismū quo ad ablutōem interiorē. nos. n. solam ablu tōem corpis dicim⁹ 7 fideliter ꝯfitemur nō suffice re ad remissionē pctoꝝ ſ; exterior 7 interior ꝑ aquā 7 spūsctī. Saraceni vo affirmāt solā corpoꝝ ablu tōem ꝑ aquā factā sufficere ad peccati remissionē qd volūt multiplici auctēte ꝓbare. Ait. n. Ezechi. xxxvj. Effundā sup vos aquā mūdā 7 mūdabimi ni ab oibꝫ inquinamentis vr̄is. 7 iohānes baptista fuit baptizans in aqua tm̄ Math. iij. Mar. j. Jo. j. Naaman etiā ablut⁹ septies in iordane liberat⁹ fuit a morbo lepre. iiij. Reg. v. ꝑ qd significat̄ ꝙ ali qs ꝑ solā aque ablutiōem liberat̄ a peccatis ade. His ergo auctoritatibꝫ dicti saraceni asserūt qd li bet peccatū mortale hoī remitti ꝑ solā aque ablu tōem sine cōfessiōne 7 cōtritōe. Dicendum ergo ꝙ non sufficit ablutio discreto 7 adulto sine contri tione 7 confessione nec puero sine trinitatis inuo catione. Ezechiel vero aquam illam vocat mun dam que sanctificatur per verbū. iuxta illud Au gustini. Accedit verbum ad elementum et fit sa

cramentum. Johēs aūt non baptizauit in peccatorum remissionem et sanctificatōem sed in assuefactionē vel significatōnem nec peccata baptismo eius remittebant. Ablutio aūt aque qua naaman purgatus erat a lepra significabat baptismuz christi quo quis liberat a culpa. Ablutio autē aque q̄ fit peccati remissio in baptismo iterari nō pōt vel debet quia significat passionē xpi 7 mortē que iterāda nō est nec sacramēto baptismi debet fieri iniuria. Semel ergo valet aque ablutio idest baptismus puero vel adulto iterata nō ꝓdest. Errant ḡ pagani qui singulis ablutōibus corpm suoꝝ credunt sibi remitti mortale peccatuz qꝛ si tale esset videret esse peccati incentiuū. Isti etiam multa de lege veteri obseruant et ita quōamodo iudaizant quia vt supra patuit porcū nō comedunt plures vxores simul ducunt 7c. Etiam in primo libro ostensū fuit legē moysi abolitā fuisse qꝛ veniēte veritate cessauit vmbra 7 figura. xps etiā eam ostendit cōsummatā 7 in se impletā cū pendens in cruce dixit consūmatū est vt patuit ibi s̄.

Contra veneratiōnē imaginum.

Unum argumentū

saracenorum est ꝯtra ymagines que hn̄tur in ecclesijs. ipi em̄ cū iudeis insultantes cōtra nos dicunt hec nobis nō licere qꝛ facim⁹ cōtra diuinū p̄ceptū Exo. xx. Deuter. xxvij. 7 Leuiti. xxvj. scꝫ nō facies tibi sculptile nec oēm si͡litudinē 7c. Deridēt etiā xpianos qꝛ effigiant deū sublimi sedentē solio 7 circa eū magno dignitatis fastigio aquilā hoiem vitulū et leonē. Ad hoc dicēdū est ꝙ si lex mosaica ꝓhibuit nullo modo sculptile fieri peccauit moyses qui fecit imagines cherubī. Exo. xxv. et. xxxvij. et posuit in templo. quociēscū q̄ etiā thurificabāt ante archā et adorabāt similiter faciebāt ante cherubin. Salomon fecit etiaꝫ vt dicit. iij. Reguꝫ. vj. duo alia cherubin maiora 7 oēs cortine que erāt in tabernaculo erant intexte mltitudine cherubin. Et si dicas illud p̄cepit de⁹ 7 erūt imagines angeloꝝ nō hoīm dico ꝙ verū ē qꝛ tūc nō erāt hoīes tales vt mererent adorari 7 imagines eoꝝ qꝛ erant increduli 7 rebelles nec erat honestum ꝙ sue aīe essent in inferno 7 ꝙ eoꝝ imagīes adorarent in terra. sed postꝙ deus assūpsit carnem hūanam factus figurabilis et aīe sanctoꝝ sunt in paradiso nō est incōueniens ꝙ eoꝝ imagines sunt in ecclesijs 7 venerent ab hoīb. Qꝛ aūt dicit nō facies sculptile 7c. Legislator declarat dicens nō adorabis ea neq̄ coles nō em̄ ꝓhibet in illo p̄cepto facere quācunq̄ sculpturam vel si͡litudinē sed facere ad adorandum. Ideo subdit nō adorabis ea neq̄ coles eo scꝫ modo q̄ gentiles faciebāt in veneratōne deoꝝ suoꝝ. i. demonū qui erāt dij alieni q̄s ꝓhibet colendos esse dicēs. Nō habebis deos alienos corā me. q̄li aūt spē adoratiōis de⁹ adorat et quali xpi crux 7 imago virginis ac sanctoꝝ et ō institutōne imaginū oīm errore excluso latissime dictū est supra libro. iij. cōsideratōne. iiij. argumēto xxiiij. vide ibi. Qꝛ autem deus pingit a xpianis in throno cū. iiij. aīalib nō est irratiōabile qꝛ cū ezechiel ꝓpheta viderit illā si͡litudinē et scripsit. possunt xpiani ad memoriam pingere.

Qꝛ lex mosaica 7 lex euāgelica sūt corrupta per iudeos 7 christianos.

Decimū argumentuꝫ

saracenoꝝ est contra veritateꝫ vtriusq̄ legis scꝫ xpi 7 moysi quas dicūt esse corruptas p̄ iudeos 7 xpianos. Ad qđ declarādū. Notandū ē ꝙ inter cetera ex quib pōt manifeste videri ꝙ alchoranū non est lex dei eo ꝙ ei non attestat lex vetus nec euāgeliū q̄ ambo alchoranuz testat ꝙ sint vere lex dei. Sed ip̄e machometus seip̄m cōmēdat ipse de se testimoniū ꝑhibet. nos aūt inuenim⁹ legē dei esse quandā cautelā cōtinuam ab eodē artifice fabricatā vt vnus aut nullus alteri cohereat 7 correspondeat. Et vnus ꝓpheta de altero ꝓphetat 7 mentōem faciat 7 oēs alij ꝓphetauerūt de xpo sicut patuit in lib. j. Si igit lex saracenoruꝫ esset lex dei 7 vocatio ad legē illā nō esset ꝑuersio ḡ cōuersio vt ipi dicunt quō oēs alios ꝓphetas latuisset ꝙ nullus de eo dixisset aliquid. nos aūt nō inuenimus ꝙ moyses vl' aliquis ꝓpheta ꝑ vl' ipse xps aliquid dixerit de machometo vel de sua lege nisi quādo dixit de pseudo ꝓphetis cauēdis. dixit etiaꝫ xps ꝙ lex 7 ꝓphete vsq̄ ad iohēm ꝓphetauerunt vt mundus sciret ꝙ generalis ꝓpheta non esset venturus vlteri⁹. machometus aūt se dixit generalem ꝓphetā. ꝙ aūt ip̄e nō sit ꝓpheta vtiq̄ scimus. Ad h̄ aūt respōdent saraceni dicentes ꝙ Moyses et alij ꝓphete ꝓphetauerūt de machometo 7 ꝙ etiā xpus ꝓphetauit expssius oīb qꝛ dixit etiā nomē ei⁹. Unā dixit filijs isrl' euāgelizo vobis de legato dei 7 nomen ei⁹ machometus. Sed cū talis scriptura non inueniat in euāgelio xpi dicūt saraceni ꝙ iudei corrupuerit legē moysi 7 ꝓphetaꝝ 7 xpiani corruperūt euangeliū 7 nō remansit nisi quātū est in alchorano de veritate legis euāgelij. Sed ꝙ hoc nō possit stare. P̄mo ꝓbo p̄ alchoranū eoꝝ. Nā dicit in capitulo de iona. si fueritis in dubio d̄ hoc qđ reuelauimus vobis petatis ab illis q̄ legerūt libruꝫ pri⁹ q̄ nos. Illi aūt q̄ pri⁹ legerint librū q̄ saraceni sunt iudei 7 xpiani qui receperūt penthateucū 7 euāgeliū sicut exponit machometus ḡ machomet⁹ dicit saracenis vt petant a iudeis 7 xpianis de dubijs sꝫ si vt ipsi dicunt ꝓpheta veridic⁹ eēt machomet⁹ q̄modo eos ad mendacia testimonij mitteret nō igitur erāt viciati libri iudeoꝝ 7 xpianoꝝ tp̄e machometi nec pn̄t dicere ꝙ postea fuerūt viciati. nā dicitur in capitulo helgagar qđ iterp̄tat recordatio Nos inquit ī ꝑsona dei descēdere fecim⁹ recordationē dei 7 nos eandē custodiem⁹. lex moysi et euangeliū apud eos dicit recordatio. igit de⁹ sp̄ apđ suos fideles testimoniū sue creature seruauit an̄ machometū 7 cōseruabit etiā. Post p̄mo in capi. helmaijde qđ interp̄tat mensa. Dicit ꝙ iudex quidaꝫ dixit machometo quomodo iudei querebāt iusticiā et iudiciū ab eo si venerint ad te iudica int' eos iuste qꝛ deus diligit iusticiā facientes. 7 quomō ab ipso peterent iusticiā cū sit apđ eos vetus testamētū in quo ē dei iusticia. Preterea tal' corruptio scripturaꝝ non potuit esse generalis seu manifesta qꝛ sic alienatōnes sciuissent nec ꝑticulares 7 occulta qꝛ sic aliqui codices integri 7 incorrupti remansissent sed in omni lingua et in omni prouincia inuenit lex et euāgeliū eodē modo scripta. Preterea q̄tuor euangelia nō sunt scripta nec eodē tp̄e nec eodem loco nec eodē idiomate nec ab eodē scriptore Sed matheus in hebreo in iudea. Johannes ī greco in azia. Lucas in greco in achaya. Marcus in latino in italia, euāgeliū scripsit. et eoꝝ translatō facta ē in latino p̄ hieronymū 7 p̄ alios ante tp̄a machometi 7 remanserūt exemplaria in omnibus linguis ergo nō potuerūt per aliquos falsarios vici-

ari quin manifeste sciret. Preterea nihil est in fide xpiana ita maxime arduũ sicut incarnatio dei scʒ ꝙ homo ille sit deus. Et istud fuit maxime difficile suadere mũdo. Unde ⁊ romani ⁊ alij pagani ꝓpter hoc ꝑsecuti sunt xpianos trecẽtis annis continuis generaliter ⁊ distulerũt recipe fidẽ et euangelium q2 dicebãt ꝙ homo ille erat deus nõ q2 nõ recepissent hoĩes ⁊ mulieres plres deos et deas sed q2 xps fuit dictus deus absq3 licentia romanorum qm̃ ipsi ꝓhibuerant ꝙ nullus diceret deus sine auctoritate senatus et etiã q2 iste deus non patiebat cõsortem. Nam si istũ deum reciperent cogebant oẽs alios relinquere qđ etiã erat contra pacta ꝓuinciaꝝ ⁊ leges ⁊ cõsuetudines romanoꝝ sicut sup patuit lib. j. consideratõe. iij. articulo. j. in examie iij. Quõ igit xpiani in damnatõeʒ suã ⁊ detrimẽtũ fidei ⁊ ꝓuocatõem romanoꝝ principũ mũdanorũ hoc maxime arduũ et minus suasibile in suis scripturis et euangelijs addidissent oẽs em̃ consentiebãt hãc legẽ eẽ sanctissimã ⁊ ratõnabilissimã h̃ solo excepto ꝙ rõnẽ hoĩm excedit scʒ ꝙ ille hõ sit verus deus et verus hõ. magis igit xpiani si aliquid de euangelio mutassent qđ erat arduũ ⁊ minꝰ suasibile a principio subtraxissent vt plures ad fidem accederent ⁊ addidissent aliquid suasibile ꝗ̃ econtrario. Preteres quõ xpiani cũ iudeis potuerũt cõuenire a quibus odio tam antiquo discõueniunt nec em̃ iudei dicũt xpm eẽ deũ nec bonũ hoĩeʒ. Unũ q̃tum ad hoc magis cõueniũt xpiani cũ saracenis qui dicũt ad minus xpm fuisse sanctissimũ hoiem. Preterea xpiani ante aduentũ machometi fuerũt diuisi in diuersas sectas et precipue orientalis ĩ iacobinos ⁊ nestorinos nestorini aũt maxime cõueniũt cũ saracenis ⁊ machometus mãdauit eos singulariter honorari. et quõ cõuenissẽt nestorini cũ iacobinis qui tanto odio diuidunt ad viciandum euãgeliũ ꝙ adinuicem occidunt ⁊ tñ inuenit apud vtrosq3 euangeliũ oĩno idem sicut et apđ nos. Preterea nomẽ machometi quare xpiani subtraxissẽt de euangelio cũ ipe tantũ cõmendauerit xpm ⁊ matrẽ suã et euangeliũ vt dicit in alchorano ꝙ ĩ euangelio xpi est directio et ꝑfectio ⁊ nõ subtraxerunt inde nomẽ pylati q̃ flagellauit eũ ⁊ nomen iude q̃ ꝓdidit eum et nomen dyaboli ⁊ quare xpiani posuissent in euãgelio ꝙ xps sit vere mortuꝰ ⁊ crucifixus q̃ nec vident ei conuenire cũ sit vere deus vt in euangelio habet et quõ videt ꝯñs ꝙ duo tamdiuersa posuissent de xpo scʒ ꝙ sit vere deus et vere mortuus. Preterea dato ꝙ potuissẽt in oĩbꝫ libris ponere sed quis potuit oĩbꝫ suadere et ĩ cordibꝫ gẽtiũ scribere ꝙ hũc occiderũt et tñ hoc suasum est toti mundo vt susciperent illud principes ⁊ tyrãni philosophi ⁊ sapiẽtissimi hoĩes et etiaʒ indocti et pauperes ita vt etiã calipha de baldaco moriret xpianus et fuit inuenta crux ad colluʒ eius vt testaret facto ꝙ ipe dñs saracenoꝝ mortuus ẽ vere xpianꝰ. Et iđ iudicauerũt eũ saraceni ꝙ sequestratꝰ sepeliret ab alijs caliphis q̃ vidit sepulchrũ testimoniũ ꝓhibuit et scimus q2 veꝝ est testimoniũ eiꝰ. Omnibus igit modis cõstat ex auctoritate alchorani et ratõibꝫ validis ⁊ aptis ꝙ euãgeliũ ẽ inuariabile ⁊ nõ viciatũ nec corruptũ. Cũ igit machometus super oẽs alios libros cõmendat euãgeliũ et post illud vetus testamentũ cogunt saraceni recipe auctoritatẽ euangelij ⁊ veteris testamẽti. Preterea ĩ alchorano in capi. helmeijde qđ interpretat mẽsa dicit ꝙ familia liberi nihil oĩno sunt nisi cõpleant legẽ et euangeliũ. Familia vo liberi sunt saraceni sicut ibidẽ ondit. Unde dicit nisi cõpleãt legem ⁊ euangeliũ et qđ reuelatum est sibi. Istud aũt qđ reuelatũ est accipit alchoranũ qđ reuelatũ ẽ solis saracenis vt ipi dicũt. hoc idẽ ostendit in mltis locis in alchorano scʒ ꝙ familia liberi sunt saraceni ſm intentõem machometi dicit em̃ saracenus ĩ capitulo elneza qđ interpretat mulieres circa finem ꝙ nõ vacillẽt in lege sua. Unde ibi scribit. O familia liberi nolite vacillare in lege vestra ⁊ nõ dicatl de deo nisi veritatẽ ⁊c. hoc ideʒ scʒ ꝙ familia liberi sunt saraceni ondit expsse in capi. loʒ. in fine libri. Si aũt oĩno voluerint dicere ꝙ est lex vetus ⁊ euãgeliũ corruptũ ostendant integrũ et corruptum ⁊ maxime si vniforme ostenderint et in oĩbꝫ linguis sicut et nos ostẽdimus eis et recipiemus quod tamen eis impossibile est ostendere. Patet igit dictũ saracenoꝝ insipiẽs et falsum esse scʒ ꝙ testamentuʒ vetus et nouum sunt corrupta. Queramus iteruʒ a saracenis q̃re non legunt nec habent libros istos per maxime cum machometus in alchorano freq̃ntissime cõmendet legem Moysi et iob et dauid et dicit psalterium libruʒ luminosum et sup omnes alios libros cõmendat euangelium in quo dicit ꝙ est salus et directio vt dictuʒ est q2 em̃ christus cõmendauit moysen et alios ꝓphetas et xpiani eos nõ habebant. acceperunt eos a iudeis et fecerunt trãsferri de diuersis linguis et habent eos autenticos ⁊ legunt in suis scolis. Non habent aliud qđ respondeant saraceni nisi sicut dicum est dicere ꝙ illa sũt corrupta. Sed quõ tantus propheta qualem reputant machometum tantuʒ cõmendasset exemplaria corrupta et dixisset ꝙ in eis esset salus ⁊ directio v el quomodo non predixisset imposteꝝ corrumpenda. sed potius dixit contrariũ ꝙ si saraceni erant in dubio de alchorano ꝙ peterent ab ill' qui ante receperant libros scʒ a christianis et iudeis sicut supra dictum est in capitulo de Jona potius aũt dixisset nõ credatis eis quia habent libros corruptos. Non ast alia causa quare nõ legunt saraceni predictos libros nisi quia sciunt sapientes ꝙ de facili deprehenderet falsitas alchorani. Si libros sanctos et veraces legerent. Unde et alchoranus sibi maliciose prouidit ⁊ posuit quatuor remedia ne desereretur a suis et ne falsitas eius deprehenderetur. Primum est quia mandauit eos occidi qui contrariũ alchorano aliquid dicerent. Secundum ꝙ cum alterius secte hominibus nõ disputarent. Terciũ ꝙ prohibuit ne eis crederent dicit em̃ in capitulo vestra non credetis nisi illi qui seq̃tur legem vestrã cum tamen dicat ꝙ in euangelio est salus et directio. Quartum est ꝙ ab eis totalit separentur et dicant mihi lex mea et vobis vestra ⁊c. Et post. vos ab eo liberi ꝙ operor. et ego ab eo liber ꝙ operamini. et hec dicit in capitulo Jone. Si igitur saraceni bene acciperent consilium alchorani proculdubio dirigerentur. haberent enim euangelium et legem moysi et alias scripturas sanctas maxime cum ipsum alchoranum cõmendando moysen dauid salomonem et alios prophetas frequentissime dicat ꝙ non prefert vnũ alteri.

De bellis et triumphis saracenorum et christianorum per arma corporalia a tempore machometi vsq3 ad presens.

Una ꝯsideratio huius libri

Una ꝯsideratio huius libri est de bellis et triumphis saracenorum et christianorum ꝑ arma corporalia a tpe machometi discurrendo vsq3 ad pñs tempus. Sicut em̃ ante incarnatõnem ppl's electꝰ ⁊ peculiaris dei erat ppl's iudeoꝝ ⁊ ꝓpterea eis ꝓui

dit tanq̃ filijs de flagello correctionis scz populuz
gentilium a quo sepe captiuabantur et occidebã-
tur cuz diuina precepta transgrediebantur sic dici
tur Amos. iij. tantũmodo vos elegi ex omnib9 co-
gnatõib9 terre. Jccirco visitabo sup vos oẽs iniq-
tates vr̃as et apoc. iij. Ego q̃s diligo arguo et ca-
stigo. sic et post christi incarnatõem populus ele-
ctus et peculiaris dei est populus christianorum.
Reprobato ergo populo iudeoꝝ ꝓpter xp̃i mortez
et in captiuitatẽ perpetuo ducto: puidit de9 electo
suo populo xp̃ianoꝝ de flagello correctõnis scilicz
populum saracenoꝝ per quẽ sepe captiuantur 7 oc
cidunt̃ cũ dei precepta transgediunt̃ et veritatem
sue legis relinqunt. pijssim9 tamen pater etern9 sic
a paganis ꝑmittit flagellari filios suos q̃ eos non
sinit oĩno deleri vt in tãparuo populo respectu in-
numerabilis multitudinis saracenoꝝ qui sunt ve-
lud arena maris sicci 7 infructuosi. reluceret euidẽ
ter eius potentia et clementia infinita et sicut gen
tiles non semꝑ vincebãt iudeos sed sepe ab eis vin
cebant̃ mirabiliter cũ precepta altissimi custodie
bant sic et saraceni nõ semꝑ facti sunt victores sed
sepe mirabiliter victi sunt a populo electo xp̃iano
rum cũ scz diuinam voluntatez deuotissime cona-
bantur implorare: zelo sue sacratissime fidei succẽ-
si. Et vt ex diuersis scripturis et cronicis colligere
potui. clviij. bellis famosis: p̃sens consideratio ex-
plicabit: vt habeant in quo contẽplent̃ principes
christiani. qr videntes gloriosissima facta alioruz
principuz. rationabiliter debent aĩari ꝓpter hono-
rem sacratissime fidei ad similia operanda: preser-
tim his temporib9 in quibus experimentaliter vi-
demus q̃ plurimũ feruet rabies infidelium vt de-
leant de terra nomen xp̃ianum.

Vincũt saraceni fugato theodoro et auferũt tri
butum romanorum.

Rimũ bellum inter

saracenos et christianos factũ fuit in af
frica circa annũ dñi sexingentesimũ. lix.
tp̃e eraclij impatoris et bonifacij pape. iiij. Causa
aũt predicti belli fuit qr cum machometus astu-
tijs suis peruertisset gentes illius terre et plurimũ
aliaꝝ elatus nõ modicũ in superbiã suam cogita-
uit quõ posset contrariari romanorũ impatori et
gentes extrahere ab eius dñio in seruitute et acci-
dit q̃ predictus impator eraclius misit nuncios su
os ad predictos affricanos partes pro colligendis
tributis vt moris erat q̃ cum machometus sciuit
venit ad eos ĩ manu forti et negato tributo eos oc
cidit ꝓpter quod eraclius impator cõgregauit ma
gnũ exercitum et prefecit ei ducẽ fratrẽ suum theo
dorum qui imperiũ orientis ĩ manu eius tenebat
Veniens ergo in affricam pugnauit cum macho-
meto et deo ꝑmittente victus est theodorus et fu-
git regressusq; est ad imperatorez eraclium sine ho
nore.

Vincunt saraceni et auferũt obedientia impera
toꝝ romanoꝝ in affrica.

Ecunduz bellum sa

racenoꝝ contra xp̃ianos factum fuit cir
ca idem tempus in affrica cum eñ predi
ctus theodorus fugiens in primo bello ad impa-
torẽ fratrem suum rediret et omnia vt acciderant
narrasset. Jmꝑator cogitans predictũ machome-
tum rebellantẽ subiugare maiorẽ exercitum cum
predicto fratre suo destinauit. Sz licet romani mlt̃
ti essent cũ venirent in terram et viderent potesta
tem machometi pauore concussi voluerũt se retra
here ad quoddã castrum quod dicebat̃ gabatin. q̃
cuz machometus intellexit venit post eos plures
eorum occidendo et vulnerando. et licet resumptĩ
virib9 xp̃iani contra eos facies ostenderent finalit̃
tamen occisus est theodorus frater imperatoris 7
romani victi sunt omnesq; ibi perierũt paucis ex-
ceptis qui in montib9 se absconderunt nam centũ
quinquaginta milia de exercitu imperatoris dño
sic permittente prostrati sunt et extunc sublatum
fuit romanum dominiũ in affrica et iuguz seruitu-
tis africanorum cessauit. De his duob9 bellis la-
tius dictum est supra cõsideratõne. ij. in scđo pun-
cto cũ de ambitõe machometi ageretur. Et si que
ras cur deus ꝑmisit sic xp̃ianũ populum dilectum
suum ꝑ saracenos flagellari. Respondet̃ q̃ sepe de
us iuste flagellat populum suũ propter peccatum
principis sicut patet. ij. Reg. de flagello quem mi-
sit deus in populuz suum propter peccatum regis
dauid sic in proposito. Naz vt alique hystorie tra
dunt predictus imperator aũt predictuz conflictũ
enticis errore fuit maculatus 7 cuz filia sororis sue
martina nomine matrimonio coniũctis alie autẽ
hystorie dicunt q̃ erat auersus a fide catholica et
corruptus ab anastasio patriarcha iacobitaruz 7
ita est opinandum. Nam q̃diu tenuit veram fidẽ
omnia sibi ꝓspere sucesserunt. sicut patet ĩ victo
ria quam habuit contra cosdroe regem persaruz 7
de portatõne ligni sancte crucis in hierusalem sic̃
plene habetur in hystoria exaltatõnis sancte cru-
cis. Nihil eñ est q̃ ita nequiat occasui subiacere
q̃ vera religio nihil quoq; lumine clariore ꝑfulgz
q̃ recta fides in principe.

Vincunt christiani et rex saracenorum capti-
uatur.

Erciũ bellum sarace

norum 7 christianorum tempore eiusdẽ
eraclij imperatoris accidit. Causa aũt
quare illud belluz accidit vt ferunt quedam hysto
rie saracenorum fuit hec quia dum quidam miles
eraclij imperatoris distribuerat togas siue quita
tiones militibus et inter alios etiam saraceni sub
imperatore militantes venissent ad accipiendum
togas predictus miles sine spada illis saracenis in
diguanter dixit vix sufficit imperator dare togas
militibus christianis q̃tomagis istis canibus. Jl
li dolore et pudore incitati recesserunt sine vale. et
cum venerunt vltra mare narrauerunt omnia sa-
racenis et sic eos immouerunt q̃ omnes venerunt
vno corde vt pugnarent contra christianos. Post
q̃ ergo maria transiuerunt cõmissum est terribile
prelium et multi ceciderunt ex vtraq; parte. Ve-
runtamen victoria concessa est christianis 7 rex sa
racenorum captus est in prelio et multi alij sarace
ni milites cum eo. Circa idem tempus fuit terre-
motus magnus in terra et apparuit in celo signum
ad moduz ensis triginta diebus quod ostendebat
dominium quod saraceni debebant habere.

Vincunt saraceni et transfertur lignum sancte
crucis a hierusalem in constantinopolim.

Quartum bellum sa

racenorum 7 christianorū accidit post predictū bellū paucis elapsis diebꝫ tē pore ꝑdicti eraclij impatoris et sedēte in cathedra petri honorio primo. In q̄ bello mortui sūt mlti ex vtraq; parte 7 saraceni acceperūt terram sirie et damasci et egypti. Eo tpe eraclius impator cū esset astronim⁹ vidit regnū vastandū a gente circū cisa quare mandauit dagaberto regi francorū vt oēs iudeos in regno suo ꝑciperet baptizari qḋ et factū est sed in hoc deceptus fuit q: gens circūcisa fuit gens saracena non iudaica vtraq; em̄ circūcisi one obseruat siquidē saracenus vt dictū ē romano imperio rebellantibꝫ et vastata syria damasco atq; egypto cōpulsi sūt xp̄iani crucem dn̄i a ir̄lm Cō stantinopolim apportare cui⁹ maior pars post mlta tpa ad instantiam Ludouici regis francoꝝ xp̄i anissimi anno dn̄i millesimo ducentesimo sexagesi mo septimo parisius ē trāslata. Predict⁹ ergo era clius impator ꝓpter infidelitatē destitutus a deo. xxx. imperij sui anno diē clausit extremū.

Vincūt saraceni et capiūtur syracuse.

Quintū bellum sara

cenoꝝ et christianoꝝ accidit circa annū dn̄i septingentesimū sexagesimū. Impe rante constante eraclij nepote et sedente in cathe dra Petri theodorico primo. Predicto em̄ tpe au dientes saraceni xp̄ianoꝝ discordiam capta alexā dria subito cū multis nauibꝫ ceciliam inuaserūt 7 syracusas ciuitatē celebrē cecilie violenter cepert stragē magnā ꝑ totam ceciliam fecerūt populorū vix paucis euadētibꝫ qui ꝑ iuga montiū 7 muni tissima castra fugert. saraceni q̄ facta magna cede hoīm recesserunt ꝑdam magnā secū apportantes vnacū ornamētis que constans de vrbe secum tule rat. Si aūt querat cur deus ꝑmisit populum suū tam aspere flagellari. Rationabiliter rn̄dere pōt q ꝓpter peccatū principis sicut dictū est de eraclio impatore. Unde iste impator constans fuit pessi mus in oībꝫ impius et crudelis cōtra catholicos. Cū em̄ acephalitaꝝ heresi lapsus esset qui cū enti ce vnā solā naturam vnāq; voluntatē in xp̄o dn̄o contra veritatē catholice fidei asseuerāt plures ca tholicos eo q sue nolebant acqescere heresi verbe rauit crudeliter exulauitq; iniuste 7 ꝑ diuersa loca carceribꝫ mācipauit qui cū oībus eēt exosus vt po te q: erat reprobatus a dn̄o cogitauit ytaliā d ma nibus 7 potestatibꝫ longobardoꝝ eripe et ibidem dominiū suū dilatare suamq; sedē impialem con stituere in eadem. Et licet qḋ concepat executōne demandauerit cū ꝓficisceret contra longobardos recedēs de neapoli vsus romā 7 cū ꝑ. xij. dies in vr be resedisset inuidens et volēs romam tam pulcris tanq; mirabilibꝫ edificijs adornari contra ciues 7 vrbē iniquitatis sue venena diffundens maiorem partē eoꝝ que ad ornamentū 7 decorē vrbis cōstru cta fuerant ab antiquo ornamenta scꝫ marmoria erea 7 mlta alia bona impie deponi mādauit adeo q; ꝓcessit sacrilega ei⁹ 7 ꝓphana impietas vt etiam eccłam beate dei genitris marie et oīm martyrum que pantheon vocabatur antiquitus discooperi ri ereis tegulis fecit et dicta ornamenta inuenit i tyberim fecitq; constantinopolim apportari iniq tas ergo hui⁹ impatoris causa fuit flagelli populi christiani. sed tantarum iniquitatum merito pe nā luit. Nā cū impius impator secreto in balneo lauaret fuiq; milites ei⁹ seuiciā ferre nō volētes oc ciderunt eum. Diligenter est ergo hic attendū q̄ lia sunt premia impioꝝ q̄diu em̄ bonus fuit et san cte ecclesie debitā reuerentiam exhibuit sibi ꝓspe ra successerūt. Sed cum se auertit a fide catholica mox infeliciter vixit et fine infelicissimo diē clau sit extremū.

Vincūt saraceni 7 fugit impator romanorum.

Sextū bellū inter ara

bes et xp̄ianos vt narrat generalis hy storia hyspanie accidit circa annū dn̄i septingentesimū sexagesimū octauū. Imperante cō stantino predicti constantis filio. Hic cōgregauit plus q̄ mille naues et trāsiuit maria vt bellaret cū moabia rege arabū. Ille vo cognito eius aduētu misit contra ipm quendā militem strennuū noīe andalla 7 cōmisso duro certamine victus ē impera tor et relicto campo fugit ad naues 7 regressus est constantinopolim cū paucis q: multi de suo exer citu perierāt et captiuati sunt in hoc impatore nō minus admirandū est iudiciū dei q̄ in ꝑcedentibꝫ. quia illi suo peccato puniti hic vo nō q: malus vi ctus est ab infidelibꝫ sed vt in dei timore cōseruare tur 7 malis preberet exemplū ne desperēt in tribu latōnibus q bonos ꝑmittit tribulari vt de iob et thobia sacra scriptura exemplariter ostēdit vł forte q: idiscrete se cōmisit ꝑdicto certamini n tātū de deo quātū d sua potentia cōfidens. Und predict⁹ impator bonus catholicus fuit 7 modest⁹. Primū q̄ quod fecit iusta et debita vindicatio patris sui qm̄ oēs quos in mortē patris cōspirasse comperit crudeliter interfecit. et ecclesias que a tpe eraclij ꝑ aui sui imperio ab hereticis destructe fuerāt repa rauit cōtra oēs clericos 7 laicos principes et prela tos acephalorum 7 monachilataꝝ heresi macula tos tanq̄ verus catholicus 7 zelator fidei catholi ce sue sine repromissione ꝓcessit 7 ꝑ istū fm oēs hy storias repata est fides in grecia que tpe patris sui tota corrupta fuerat 7 integrata est etiam pax 7 fi des inter latinos 7 grecos extirpatis hereticorū zy zanijs ꝑ principem memoratū. In quo est mature ac ꝓuide attendendū quantū facit bonitas princi pis ad soliditatē fidei et bonū 7 quietem statū ec clesie 7 econtra malicia et infidelitas principis q̄ tum nocet. qḋ ostendunt isti duo principes pater 7 fili⁹ pater em̄ q: malus 7 infidelis fuit 7 vilis here ticus fidem in oriente corrupit statūq; ecclesie anni hilauit. Fili⁹ vo quia bonus iustus verusq; catho licus erexit ecclesiam 7 fidem catholicā repauit.

Vincūt saraceni 7 perdit totaliter nomen chri stianorum in affrica.

Septimū bellū inter

arabes et xp̄ianos circa idē tempus acci dit in affrica in qua licet saraceni nūmū eēnt mltiplicati xp̄iani tamen nondū erant tota liter deleti. Unde supradictus abdalla de quo in precedenti bello fecimus mentōnem veniens i af fricam vt eam subiugaret imperio moabie regis sui. exiuit in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidem morabatur 7 bellauerunt simul am bo sed finaliter victus fuit comes ꝑdiditq; ibi mltos de suis ac relicto campo fugit et extunc perdi derunt christiani honorem suum qui in affrica hi tabant et tota illa terra fuit posita sub infideli po

testate.

Uincunt christiani et saraceni efficiuntur tributarij.

bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit circa p̄dictum tp̄s. Tūc quidam miles qui dicebat rodericus belasquas finxit se facere bellum saracenis velle ⁊ occulte tractauit cum almanzor quō morti traderet septē fratres qui dicebantur septem infantes delara cum eorum patre gundisaluo gustios qui erāt fortissimi bellatores qui eo tp̄e reperiri poterant in mundo. Causa autem quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniurijs quas vxor sua ⁊ ipse se reputabant recepisse ab eis. Deduxit ergo eos suis verbis blādis proditorie cum exercitu magno vsq₃ in campum de almenara ⁊ premisit illos infantes vt depredarentur campum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeūtes subito apparuit multitudo innumerabilis saracenorum veniens super eos ⁊ factum est prelium magnum sic q̄ interfecerunt multos ex saracenis. sed de christianis mortui sūt in illo certamīe illi ducēti milites sic q̄ nō remanserunt nisi septem infantes p̄dicti. Et cum viderunt q̄ ibi nihil restabat nisi vincere vel mori commendauerunt se deo ⁊ inuocauerunt apostolum Jacobum ⁊ irruerunt virili animo in saracenos interfecerunt plures ex eis sic q̄ nullus erat qui ān ausus essꝫ expectare eos. sed tanta erat multitudo saracenorum q̄ pre lassitudine retraxerunt ad quendam collem vt abstergerent facies suas a pulueribus. ⁊ cum ibi peruenissent inuenerūt q̄ vnus eorū deficiebat scꝫ fernādus gundisalui q̄ in bello mortuus fuit propter cuius mortē nimiū doluerunt. Existentes ergo ibi habuerunt verbuꝫ suum cum saracenis petentes treugas quousq₃ nūciarēt predicto roderico belasquas si vellet eos iuuare ⁊ concesserunt eis. Miserunt ergo didacum gundisalui vnum ex eis sed nihil potuit obtinere. Reuersus ergo ad fratres suos narrauit eis crudelitatem illius proditoris ⁊ factuꝫ est q̄ mille equites qui erant cum p̄dicto roderico belasquas mouerunt se vt venirent ⁊ succurrerēt infantibꝫ. Sed cum cognouit proditor ille qui erat eorum capitaneus verbis suis fallacibus impediuit aduentum eorum nō tamen sic potuit impedire quin tricenti illorum trāsirent ad eos animo moriendi vel viuendi cum eis vdentes proditionem sui capitanei. Juncti ergo illis irruerunt scd̄o in saracenos ⁊ factum est prelium asperrimū tale quale nunq̄ quis audiuit in tam paruo numero ⁊ tanta fuit cedes saracenorum. q̄ anteq̄ aliquis eorum occideret perierunt vltra duo milia saracenorum. Sed finaliter bellando intra multitudinem tam grauē mortui fuerunt illi tricenti milites ⁊ remanserunt soli p̄dicti sex infantes ⁊ tam fessi erant q̄ iam nō poterant leuare brachia ensibus suis. Cum autē viderunt eos ita fessos capitanei saracenorum scꝫ viara et galue propter eorum strenuitates traxerunt eos a pressura belli ⁊ duxerunt eos ad tētoria sua ⁊ fecerunt q̄ deponerent arma eorum dederuntq₃ eis ad comedendum panem et bibendum vinum. Sed cum p̄ditor ille rodericus belasquas hoc cognouit misit nuncios suos capitaneis illis dicēs. q̄ ipsi male faciebant concedentes vitam talibus hominibus sic illis ⁊ q̄ de hoc posset eis malū euenire. ⁊ q̄ si sic facerent q̄ ipse non rediret amplius in castellam. sed iret ad almanzor ⁊ faceret q̄ caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliquid malum eis eueniret ab almanzor excusantes se ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cum armis suis sicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt saraceni pulsatis atamboribꝫ suis irruerunt in eos in tāta multitudine sicut cadit pluuia de celo et factum est prelium crudelius q̄ prius fuerat sic q̄ breui tempore occiderunt duo milia et. lx. et vltra saracenos sicut narrat hystoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebat gūdisaluus gundisalui terribiliora ⁊ mirabiliora super alios faciebat. sed tanta erat multitudo saracenorum q̄ nō potuerunt eos tolerare. et intātum fessi erant q̄ nullo modo poterāt iam moueri nec equi eorū. Et lꝫ amplius bellare voluissent armis carebant quia iam cōfracte enses eorum. Cum ergo saraceni viderunt q̄ non habebant arma occiderunt equos eorum ⁊ ceperunt eos ⁊ expoliantes eos armis suis decapitauerunt eos vnum post alterum sicut nati fuerant in oculis predicti proditoris roderici belasquas. Et cum peruenerunt ad gundisaluum qui erat minor eorum videns omēs fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires ⁊ quodā pugione quod habuit in manibus irruit in illum qui decapitauerat fratres suos percussitq₃ ipm̄ in gutture ⁊ mortuus est cepitq₃ subito eius ensem ⁊ occidit cuꝫ eo vltra. xx. saracenos vt narrat hystoria. Captus ē finaliter ⁊ decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditō notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadam saracena qui dictus fuit mudarra gundisalui postmodū occidit illū et. xxx. milites eius cū eo ⁊ vxorē eius ignibꝫ cremauit sic plenius continet in generali hystoria hyspanie.

Vincunt saraceni ⁊ comburitur ciuitas sancti Jacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubeñ. pro lampadibus in signum victorie.

Eptuagesimū bellū

inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimo quinto. Tunc almanzor congregauit exercitū magnum ⁊ intrauit p̄uinciam que dicitur portugalia destruxitq₃ villas ⁊ castra loca ⁊ cum peruenit ad mare percurrit ⁊ destruxit terram galecie ⁊ peruenit vsq₃ ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit intrauitq₃ sine timore vbi iacebat corpꝰ beati iacobi vt confringeret eius monumentū. Sed factus fuit quidam sonus terribilis circa euꝫ quo territus fuit. Veruntamen accepit campanas minores quas secum deduxit in signuꝫ victorie quas posuit pro lampadibus ī mesquita cordubeñ. vbi magno tempore steterunt. Sed anteq̄ almanzor recederet de terra illa percussus fuit ille cum exercitu suo a deo propter peccatum presumptionis ⁊ feditatum quas fecerat in ecclesia sancti Jacobi quadam terribili ⁊ fetida infirmitate quā dicunt medici detiarea sic q̄ quasi omnes sui exercitus fuerunt ibi mortui et confusi ⁊ qui euaserunt postea mala morte scꝫ subitanea finiuerūt. Et cum hoc sciuit rex beriundo misit plures gentes ad mōtana vbi se eleuauerant saraceni remanētes et omēs ibi occisi sunt sic q̄ vnus ex eis non remansit ⁊ almanzor reuersus fuit in terram suā cum paucis.

Vincunt christiani perempta multitudine saracenorum per comitem castelle Garsias fernandi.

Eptuagesimumpri-

mum bellum inter saracenos ⁊ xpianos accidit anno dñi nongentesimoqua-dragesimoseptimo. Tunc quidā saracenus qui di-cebat abdemelique filius almanzor congregauit exercitū suū vt ꝑcurreret ⁊ destrueret terrā xpiano rum. Qui ꝑueniens vsq₃ ad ciuitatē legioneñ. de-struxitq₃ quecūq₃ reliquerat almanzor pater eius tam in muris ꝙ in turrib₃ vsq₃ ad pauimentū₃ vt nō possent amplius illud edificare xpiani. Sed su-pradictus comes castelle garsias fernādi venit vi-riliter contra eum cū multitudine militū ⁊ peditū qui fecit ꝑdictum saracenū eleuari a ꝑdicta ciuita te. secutusq₃ est eū fugientē ⁊ interfecit plures sara cenos sic ꝙ ille saracenus cū magna pena ⁊ ꝑiculo reuersus est in ciuitatē corduben̄. nec amplius au-sus fuit attemptare ꝑcurrere terram xpianorum.

Hoc bello vincunt xpiani mortuo almansor ac cēptis innumerabilib₃ saracenis ꝑ regē beriūdo.

Eptuagesimūsecun

dum bellū inter saracenos ⁊ xpianos ac cidit anno dñi nongētesimoquadra-gesimooctauo. Tunc supradictus rex legionis do-nus beriūdo videns mala q̄ saraceni ꝯtinuo in-ferebant xpianis scripsit regi garsie nauarre ⁊ ꝑdi-cto comite castelle garsie gundisalui. ⁊ ꝓpter fidei et salutē patrie cōfederati sunt cōtra saracenos et ꝓduxit exercitū suū magnū. Rex ꝑdictus beriun-do et l₃ infirmus esset fecit se deduci in lecto cui cō iūctus ē ꝑdict⁹ comes cū militia sua. Rex ꝑdictus garsias nō venit in ꝑsona sed tñ misit exercitū suū Omnes ergo ꝑdicti cōiuncti sunt in quodā loco ꝓ pe feriam qui dicitū arabice canantaasor qđ nostra lingua dicitū archambouū. Almansor etiā de quo su pradictū est ꝯtraxerat exercitū suum magnū et in-trās ꝑ castellam destruxit quicquid inuenire pote rat. Cum ergo ꝑuenit ad eos habuit cum illis pre lium suū magnū qđ durauit ꝑ totam vnā diē vsq₃ ad noctem sic ꝙ vna pars alterā deuincere nō po-terat. mortui tñ sunt ex parte saracenorū quasi si-ne numero ⁊ dimissum est bellū ꝓpter noctē supue nientē al's ibi fuisset captus vel mortu⁹ almanzor Cum ergo vidit ꝑdictus almanzor destructione₃ gentis sue nō fuit ausus expectare bellū sequentis diei et fugit de nocte. cūq₃ ꝑuenisset ad locu₃ qui dicitū bolgaecorax ꝑ dolore et tristitia infirmatus est nec vltra amplius comedit ⁊ bibit ⁊ sic mortu-us est sepultusq₃ est in medina celi. Rex aūt predi-ctus cum omnib₃ alijs xpianis sequenti die para-uerunt acies suas ad bellandū cogitantes sarace-nos stare in tentorijs suis ⁊ cū hora diei spectarēt et nullū saracenū inuenerunt accesserunt ad eorū tentoria et expoliauerunt campū. Comes vo gar-chias fernandi secutus est saracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserunt viui ⁊ reuer-sus est cum multitudine captiuorū. Sic ergo per-uersus ille almanzor qui sepe in bellis contra xpia nos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xpi anis fuit victus ⁊ mortuus. Illa aūt die q̄ alman-zor fuit victus ⁊ mortuus fuit visus quidā homo sb figura pastoris in litore galdaquenir. Clamās ac magnum planctum faciens. Dicebat eñ primo in arabico ⁊ deinde lingua castellana. Incanātara-zor perdidit almanzor potestatem ⁊ fastum suū ac leticiam. Corduben̄. aūt quando volebant ire ad illum hominem ⁊ ab eo querere quis erat ⁊ cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum et non vi debant eum. Iterum apparuit in alio loco dicēs in lingua nostra en canantarazor perdio alman-zor el antabor. Creditur ꝙ ille dyabolus in figura hominis qui dolebat de destructione saracenorū₃ propter mala que inferebant christianis sub duce pessimo almanzor. Sequēti anno mortuus est fe-liciter predictus rex beriūdo et sepultus est in ci-uitate legioneñ. in ecclesia sancti iohannis bapti-ste regnauit. xxvij. annis. Et successit in regno rex alfonsus quintus filius ei⁹ et incepit regnare cum esset etatis quinq₃ annorum.

Hoc bello vincunt saraceni et capitur ciuitas Abulen̄. moriturq₃ in carceribus comes Garsias fernandi.

Eptuagesimumter-

cium bellum inter saracenos et christia nos accidit anno domini nongentesi-moquinquagesimonono. Et regnante in regno le gionis alfonso quinto predicto. Tunc propter di-scordiam magnam inter predictum comitem gar siam fernandi ⁊ filium eius sancium saraceni con-gregauerunt exercitum magnum ⁊ venerunt vt ꝑ currerent terram christianorum ceperuntq₃ abu-lam que tūc populata fuerat. Deinde venerūt bo-romam et sanctum Stephanum destruxerūt. De-struxeruntq₃ villam ⁊ per totam illam terram cru deliter occidebant christianos. Cum aute₃ predi ctus comes sciuit amaram destructionem non po tuit sustinere. et licet gentes sue essent diuise inter se ⁊ filium eius proposuit mori pro defensione pa-trie. Venit ergo viriliter contra saracenos bella-uitq₃ cu₃ eius animose. sed deo permitterēt victus fuit in bello et captus a saracenis. sed paucis ela-psis diebus mortuus est in carceribus de vulneri-bus que receperat in bello ⁊ successit in comitatu castelle predictus filius eius sancius qui postmo-dum optime defendit terram suam et lucratus est penāfiel ⁊ sepulnedā₃ maderuelum montcion ⁊ re cuperauit gormacium et sanctum stephanū ⁊ oro-mam que perdita fuerant. cum eius patre esset in carcere. Iste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ nō contribuerēt nec irēt in ex exercitu nisi dñs daret eis solidum suu₃ quia añ contribuebant et ibāt in exercitu sine solidata.

Bello. lxxiiij. vincunt xpiani ꝑ regem alfonsum quintum ⁊ vindicatur mors comitis Garsie fer-nandi.

Eptuagesimūquar

tū bellū inter saracenos ⁊ xpianos acci dit anno dñi nongentesimoseptuage-simo tercio. Tunc predictus rex Alfonsus quītus et comes castelle sancius non potentes sufferre in iuriam qua₃ fecerāt saraceni in occisione comitis garsie fernandi congregauerūt exercitum magnū vna cum adiutorio nauarrorū ꝓpter fedus quod inierat pater regis alfonsi cum eis et peruenit ad regnum toleti comburens et destruens quicquid inuenire poterat. Et pertransiens inde peruenit vsq₃ ad ciuitatē corduben̄. deꝑdando et destruēdo gladio ⁊ igne quicqđ inuenire poterat. Qđ vidē-tes saraceni vt eos dimitteret in pace dederunt ei magnu₃ thezaurū et plīma dona. Sic rex tleti et corduben̄. ⁊ reuersi st in terrā suā vindicata morte

predicti comitis 7 cum magnis diuitijs 7 honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. que destruxerat almanzor et filius eius. regnauitq; .xxvij. annis. et mortuus est in portugalia. Congregauerat enim exercitũ suũ magnũ ex desiderio seruiendi xpo. 7 iuerat in pdictam terrã vt caperet villam illã q̃ dicit viseo q̃ tunc erat saracenoꝝ. 7 cum die quadã in armis respiceret hincinde murũ vt videret portã debiliorẽ ad conquirendũ pcussus fuit sagitta in spatulis 7 sentiens se vulneratũ ad mortẽ facto testõ et pceptis sacramentis feliciter migrauit ad dñm et sepultus est in ciuitate legioneñ. apud patrẽ suũ supradictum. Regnauitq; p eo filius eius donus beriundo tercius.

Vincunt xpiani et liberat Pampilona a manibus saracenorum.

Eptuagesimũquintum

bellũ inter saracenos 7 xpianos accidit circa idẽ tps. Tunc enim tpe yemis venerũt saraceni in multitudine graui vt caperẽt et frangerẽt ciuitatẽ pampilone. Rex aũt saucius nauarre stabat tunc vltra portus qui dr̃ derontes valles 7 cum sciuit doluit vehemẽter 7 collecto exercitu suo disposuit se magno piculo ppter niues magnas q̃ erant in ptib; illis. Et cum vidit q; alit̃ transire nõ poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotulariũ p se 7 p omni gẽte sua et sic trãsiuit portus de nocte sine aliquo dãno. lʒ cũ magna pena 7 ppterea dictus fuit postmodũ rex saucius abarca. Cum ergo fuit mane apparuit subito irruẽs sup saracenos qui obsessam tenebãt ciuitatẽ 7 tot interfecit ex eis q; vix remansit qui posset renũciare in partib; suis q̃ accideret ibidẽ. Iste rex ambulãs cũ suis abarcis fecit m̃lta bella cũ saracenis 7 cõquisiuit multa loca in celtiberia 7 in carpentania q̃ vsq; in hodiernũ diem dicunt donisaucij abarca. Regnauit. xxv. ãnis 7 successit ei in regno nauarre filius eius donus garsias tremerosus sic dictus qꝛ cum ingrediebat̃ bella tremebat valde in principio. lʒ post ingressum esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut pr̃. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dictus saucius maior. Hic duxit i vxorẽ dñam elnirã filiã comitis saucij castelle ex q̃ hũit duos filios q̃ꝝ vnꝰ fuit dictꝰ donꝰ garsias 7 alius donꝰ fernãdus. Quo p pr̃ nõ remanente ple infantis garsie filij comitis saucij castelle cepit comitatũ castelle ex pte vxoris sue. Et ipo mortuo donus fernandus filius eius qui duxerat in vxorẽ dñam sauciã sororẽ regis legionis doni beriundi de quo supra dictũ est de eius cõsensu in eiꝰ nuptijs ductus est rex castelle. Rex aũt pdictus donus beriundo regnauit in regno legionis decẽ annis 7 mortuus est in quodã bello qd accidit sibi cũ pdicto rege fernando 7 fratre eius rege garsia nauarre qd bellũ fuit celebratũ ppe Cariorẽ in quodam loco qui dicit̃ nantada in valle tamaron sic plenius continet̃ in generali hystoria hyspanie. et sepultus est in ciuitate legioneñ. cuꝫ vxore sua dña Therasia. Quo mortuo pdictus rex fernãdus collecto exercitu suo iuit legionẽ 7 obsedit eam 7 finaliter receptus est in regem legionis qꝛ ei ptinebat et sic coniũcta sunt ista duo regna 7 ipe dictus rex castelle 7 legionis 7 vocatus fuit rex fernãdus magnus.

Vincunt xpiani et capiunt quinq; reges saracenorum p rodericum.

Eptuagesimũsextũ

bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi Millesimo. xvj. Regnante in regno castelle 7 legionis supradicto rege fernando magno. Tunc excitauit deus quendam virum sibi dilectum 7 armis strenuum dictum rodericum de viuar. Iste fuit filius cuiusdam nobilis militis qui dicebat̃ Numus laynes quem genuit ex vxore sua legitima terasia Numens filia comitis Numi aluaros de maya. licet aliqui alia asserant tamen hec est veritas sicut patet in cronica predicti regis fernãdi magni. Cum ergo ingrederentur eo tpe quinq; reges saracenorum vt pcurrerent castellam transierunt sup ciuitatẽ burgeñ. ad montes doca 7 percurrerũt ville forarum 7 sanctũ dominicũ delacalsada et lucromum 7 nayaraꝫ totamq; illam terram 7 extrahebat magnam pdam captiuorum bestiarum gregum 7 armentorũ. Cum ergo ipsi irent cum tamgrandi preda predictus rodericus conuocauit totam illam terram et dedit illis saltum in montibus doca. bellauitq; cũ eis et deuicit eos cepitq; pdictos quinq; reges viuos 7 cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus et cum tota preda venit ad matrẽ suam 7 diuisit spolia nobilibus 7 omnibus alijs qui fuerũt cum eo in bello 7 facta est leticia magna ac laudauit deum propter victoriam 7 mercedẽ quã sibi fecerat. Dixitq; nõ habeo pro bono tenere reges captiuos. sed habeo pro bono liberare eos vt vadant libere in terram suam. Soluit ergo illos quinq; reges saracenos. 7 precepit q; abirent sed 7 ipsi regratiati sunt ppter tantũ beneficium veniẽtesq; in terram suam benedicebant ei et miserunt ei parias cognoscentes se voluntarie suos esse vasallos. Hic rodericus pegrinans in sanctum iacobum recepit beatum Lazarum sub specie leprosi in societate sua in mensa et lecto quem inuenit iacentem in luto in via. horrentibus ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret rodericus insufflauit ille leprosus flatu magno per spatulas roderici sic q; flatus ille peruenit vsq; ad pectus et euigilans nõ inuenit leprosum illum apud se. nec amplius eum videre potuit. licet a lecto surgeret et eum diligenter quereret. Reuersus ergo ad lectum 7 luminaribus incensis cum diligenter cogitaret in his que sibi illo leproso acciderãt post paululum. Ecce apparuit vir quidẽ albis indutus vestib; qui dixit ei. Roderice dormis. Tũc rñdit et dixit. nõ dormio. s; quis es tu qui cũ tãta claritate 7 odore venis. Tũc ille rñdit. ego sum sctũs lazarus quẽ tu recepisti 7 cui multa bona fecisti sub specie gaui ex dei amore 7 ppter honorẽ 7 bonũ qd mihi fecisti cõcedit tibi deus vnũ magnũ donũ q; cũ flatus ille quẽ sentisti tibi euenerit. scias pcerto q; oia que inceperis in bellis vel al's omnia feliciter cõsummabis. Tuus honor crescet de die in diem et erit timor tuus sup saracenos 7 xpianos sed 7 inimici tui tibi nunq̃ nocere poterũt morieris morte honorabili nũq̃ eris victus sed semper victor existens quia deus concedit tibi suam benedictionem. fac ergo semper bonum. et sic disparuit. Ille autem surgens a lecto genibus flexis in terra fudit orationem suam ad deum gratias immensas agens propter tanta bñficia sibi largita. Hic post pegrinationẽ suã intrauit in campũ cum Martino Gundisalui deuicit 7

occidit eum ꝓpter qđ lucratus est ciuitatem calagurritanā ꝓ rege fernādo quia erat questio sup ea dem inter pdictum fernandū regem. ⁊ regem ramirum arragoni cuius esset ⁊ facta est cōcordia inter eos ꝙ illi duo milites pugnarent et parti victoris ciuitas concederet.

Hoc bello vincūt xp̄iani ⁊ occidit alymaymon rex saracenorum.

Eptuagesimūsepti-

mum belluꝫ inter saracenos et xp̄ianos accidit āno dn̄i millesimo.xix. Tūc rex garsias nauarre ⁊ rex saracenorū Alymaymon cōgregauerūt exercitus magnos et in loco qui dicit recurnaseta factū est p̄lium magnū ⁊ mortuis plurimis saracenis victus est rex alymaymon et mortuus in bello a p̄dicto rege garsia.

Christiani vincunt ꝑ rodericum de viuar ꝑemptis plurimis saracenis.

Eptuagesimūocta-

uum bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.xxvij. Tunc cum supradictus rex fernandus magnus essꝫ in galechia venerūt saraceni cum exercitu magno vt cōquererent excrematurā. gētes vero illius terre miserunt veloces nūcios predicto roderico viuar vt eis succurreret qđ cum audiuit nō detinuit se sed misit statim ꝓ parentib; ⁊ amicis suis ⁊ venit contra p̄dictos saracenos qui deducebant p̄dam magnam captiuorū gregū ⁊ armentorū ⁊ inuenit eos inter achensiam et sanctū stephanū de gormatio. Irruit ergo in eos virili animo ⁊ cōmissum est bellum campale asperrimū vbi plurimi ceciderūt saraceni. Deuicitqꝫ saracenos ⁊ secutus est fugiētes ꝑ septem leucas occidendo ⁊ vulnerando eos ⁊ reuersus est honorifice cum tota p̄da quā ducebant saraceni ⁊ tot fuerūt spolia campi in eo: ꝙ valuit. quinta pars fuit ducentorū equorū. ⁊ valor centū milium marcarū argentei que oīa diuisit sine cupiditate bellatorib; suis ⁊ reuersus ē in terrā suaꝫ cum diuitijs ⁊ honoribus.

Hoc bello vincunt xp̄iani ꝑ regem fernandum magnum ⁊ capitur viseum.

Eptuagesimūnonū

bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.xxxiij. Tunc p̄dictus rex fernandus magnus congregauit exercitum suū magnū ⁊ iuit contra saracenos portugalie ⁊ meridie et badayus q2 oīa hec tūc possidebāt saraceni ⁊ cepit virib; ceam ⁊ guneam q̄ sūt in portugalia et plura alia castra q̄ erant circūcirca. ⁊ lꝫ in illis remanerent saraceni ꝓ vasallis suis fortalicia tū semꝑ ꝑmanserūt in regis ptāte et obsedit viseuꝫ vbi mortuus fuerat rex alfonsus socer eius ex sagitta de quo supradictū est ⁊ in tanta p̄ssura tenuit eā obsessā ꝙ cepit eā ⁊ cepit illū saracenū qui interfecerat sagitta regē alfonsuꝫ. Extraxitqꝫ oculos eius ⁊ p̄scidit etiā eius manus ⁊ pedes. In his rodericus supradictus fuit strenuissimus miles.

Vincunt xp̄iani ⁊ capit lamegum et plura alia loca ꝑ fernandum magnum.

Ctuagesimū belluꝫ

inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.xxxiiij. Tūc supradict⁹ rex fernandus magnus ꝯgregato exercitu suo iuit suꝑ lamegū ⁊ licꝫ ciuitas esset fortissima statim tū obsedit eam et tot ingenia ac castra lignea posuit circūquaqꝫ ⁊ tam fortissime cōquestauit eam ꝙ vi armorū cepit eam in qua inuenit multitudinē diuitiarū et cepit captiuos oēs saracenos quos int⁹ inuenit quorꝫ maiorē partē retinuit ꝓ edificatiōe ecclesiarū que ꝓstrate fuerant et post hec iuit suꝑ castrū sancti martini qđ iacet suꝑ riuuꝫ de malua et cepit eum ac deinde obsedit terrasam ⁊ cepit eā. Reuersusqꝫ est in terrā suā cum diuitijs ⁊ honore.

Isto bello vincunt xp̄iani ⁊ post septem annos capit conubra ꝑ regem fernandū magnum aperiē sancto Jacobo portas ciuitatis.

Ctuagesimū primū

bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.xxxv. Tunc p̄dictus rex fernandus magnus cōgregato exercitu suo voluit habere conubrā ⁊ consilio p̄dicti roderici de viuar ꝑegrinatus est in sanctum Jacobum dixit em̄ sibi ꝙ deus iuuaret eum ad capiendū illā ⁊ insuꝑ qđ in reditu volebat ꝙ eum faceret militē et ꝙ credebat se recepturū militiā cōtra conubrā. Acquieuit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas ꝑ viam distribuens ⁊ mansit ibidē in orōne tribus dieb; petens a deo adiuuari in eo ꝙ desiderabat meritis ap̄li iacobi. Venit ergo post hoc cum exercitu suo magno ⁊ obsedit conubram posuitqꝫ ingenia ⁊ castra lignea circūquaqꝫ sed villa erat tam fortis ⁊ tam magna ꝙ septem annis stetit in eius obsidione ⁊ ꝓpter tantā dilationē tp̄is ⁊ inopiam victualiū iam volebant xp̄iani dimittere obsidionē. sed monachi cuiusdaꝫ monasterij q̇ vsqꝫ in hodiernū diem dicit larmano viuentes de labore manuū suarū ex longo tp̄e fecerant magnā ꝓuisionē victualium secrete habebant em̄ multitudinem tritici ⁊ ordei milij ⁊ leguminū sentiētes ergo ꝙ rex volebat recedere venerūt velociter ad regem ⁊ dixerunt ei ꝙ nō amoueret obsidionem .q2 ipsi darent cibaria ex his que longo tp̄e congregauerant et factum est sic. Nam dederūt sufficientiā exercitui q̊usqꝫ saraceni deficiebant fame. fames ergo ⁊ pugna sine intermissione deduxerunt saracenos ad hoc ꝙ venerunt ⁊ ꝓcidentes ante regē fernandum petierunt ꝓ mercede solam vitam ⁊ ꝙ darent ei villam ⁊ oīa bona que habebant. Pius ergo rex concessit eis vitam ⁊ ipsi dederunt ei villam quadam die dn̄ica hora tercia. Sed interim ꝙ p̄dictus rex erat in p̄dicta obsidione. accidit. ꝙ quidam ep̄us grecie dictus. Assianus ꝑegrinatus est in sanctum Jacobum et cum essꝫ ibidem audiuit ab hominibus ciuitatis ꝙ sanctus iacobus apparebat sicut miles in bellis xp̄ianorum succurrens eis quod verbum displicuit sibi et dixit nō vocetis eum militem sed piscatorem. Et cum in hoc pertinaciter ꝑmaneret placuit deo ꝙ eidem dormienti apparuit sanctus Jacobus portans in manibus q̄sdam claues ⁊ dixit ei hylari vultu tu tenes inderisum ꝙ me dicunt militem xp̄iani ⁊ asseris ꝙ non sum miles. Ideo nunc veni ad te vt hoc tibi ostendam nec amplius dubites de militia mea quia suꝫ miles ihesu christi ⁊ adiutor christianorum cōtra saracenos ⁊ cum hoc diceret traditus ē sibi equus

albissimus in quem apostolus ascendit armatus
omnibus armis mirabiliter splendentib; ad mo-
dum militis 7 dixit ei ꝙ volebat ire in adiutoriuz
regis fernandi qui iacebat sup conubriam iam se-
ptem annis eam obsidentem 7 vt sis magis certus
dico tibi ꝙ cum his clauibus quas in manibus te
neo cras hora terciarum aperiam ei portas ciuita
tis conubre 7 dabo eam regi fernando quibus di-
ctis disparuit. euigilās ergo a somno p̄dictus ep̄s
assyanus bono mane conuocauit clericos 7 omēs
habitātes in ciuitate. dixitq; eis que viderat 7 au-
diuerat diem et horam signatam apertionis co-
nubre 7 sicut dixit veridice sic repertū est. Et tunc
p̄dictus rex cepit p̄dictam ciuitatem 7 fecit militē
p̄dictum rodericum de viuar in maiori mesquita
conubre cingendo sibi ensem et dando ei pacem in
ore 7 fuit vocatus ruidas et reuersus est rex p san-
ctum iacobum in terram suam cum honore.

Vincunt xp̄iani 7 capiunt ac destruunt pluri-
ma loca p regem fernandum magnum 7 efficit tri-
butarius rex toleti.

Cxuagesimum secū

dum bellum inter saracenos et xp̄ianos
accidit anno dn̄i Millesimo. xliiij. Tūc
p̄dictus rex fernandus magnus congregato exerci
tu suo magno ad pcurrendam terram saracenorū
conquisiuit quedam castra. Unde plurima mala
eueniebant xp̄ianis sc; gormatio vadū regis agni
leram barbinguā ribam sanctū moram et multas
alias turres. Unde speculabant saraceni propter
quas xp̄iani erant discooperti cum intrabant ter-
ram illam q̄s oēs destruxit. Destruxit etiam plura
alia fortalitia que erant in valle de bargeterus et
in circuitu tirazone vsq; medinā celi 7 exinde venit
in cantabriā 7 expulit inde saracenos posuitq; eā
sub dn̄io suo 7 omnia montana ouen destruxit igne
et ferro. Et exinde venit toletum 7 perimit pluri-
mos saracenos 7 captiuauit destruxitq; talaman-
cam. alcalam ozedam et lucratus est plurima alia
loca regni toleti 7 multitudinē diuitiarū que om
nia dimisit cum militibus suis. Et exinde venit su
per gnadal 7 faiariā 7 obsedit eam nec requies da
batur habitantib; in ea p̄ multitudine ingenuorū
et machinarum quare illi saraceni habuerūt mit
tere nuncios suos ad regem toleti vt liberaret eos
bello vel donis. Rex ergo ille Almaymon multitu
dinem auri 7 argenti multosq; pannos p̄ciosos mi
sit regi fernando petens treugas vt venirent ad eū
secure ꝙ ei concessum. Venit ergo rex ille saracen9
et factus est vasallus regis fernandi sic ꝙ quolibet
anno dabit ei parias 7 reuersus est rex fernandus
in terram suam cum magnis diuitijs 7 honore.

Vincunt xp̄iani p regem fernandum magnum
et efficit tributarius rex hyspaleñ. ac defert corp9
beati ysidori in ciuitatem legioneñ.

Cxuagesimū tercium

bellū inter saracenos 7 xp̄ianos accidit
āno dn̄i Millesimo. l. Tūc p̄dictus rex
fernandus magnus congregato exercitu suo venit
in portugaliā 7 obsedit montem maiorem vbi plu
rima damna recipiebat conubra 7 tam fortiter ex-
pugnauit eā machinis suis 7 breui tp̄e habuit eaz.
Ibi apparuit strenuissim9 miles ruidas de viuar
qui vadens vt obseruaret colligētes herbam tres
lites saracenoruz deuicit. Mouit ergo rex illustris
exinde exercitum suū in algarbium comburens et
destruens quicquid inuenire poterat captiuando
destruendo 7 occidendo saracenos quousq; perue-
nit ad ciuitatem hyspaleñ. Et tunc benahamech
alimucanus rex hyspaleñ. vidēs predam 7 magna
damna que p suum regnum rex fernandus facie-
bat misit ei nūcios suos cum magnis diuitijs 7 fa
ctus est eius vasallus cōcedens ei parias quolibet
anno. Rex aūt fernandus habito consilio suoruz
recepit eum in vasallum 7 dona petiuitq; ab illo re
ge saraceno corpora sanctarū iuste 7 ruphine. Si
volebat eius amorē habere. Respondit rex sarace
nus ꝙ nesciebat vbi erant illa corpa. Veruntñ ꝙ
si ipse sciret vel quicūq; alius ꝙ sibi placebat 7 nō
solum illud sed in omnib; alijs in quib; sibi posset
complacere. Et tunc reuersus est rex fernādus sa-
moram cum magnis diuitijs 7 honore et popula-
uit eandem ciuitatē que a tp̄e almanzor destructa
fuerat. Et ex illo loco misit duos ep̄os scilicet legi
oneñ. 7 astoriceñ. et comitē miniū ac duos diuites
viros ad regem hyspaleñ. p honorabilib; illis cor
poribus sanctarū iuste 7 ruphine. Qui cum pue-
nerunt ad p̄dictam ciuitatē hyspaleñ. recepit eos
ille rex saracenus cum honore et exposita ambasia
ta rex habitu suo cōcilio rñdit ꝙ de corporib; illis
nihil sciebant. Veruntñ ꝙ darent eis parias. Ep̄i
aūt illi cum sancti viri steterunt in orōne trib; die
bus 7 ieiunijs quib; sic in orōne pmanentib; appa
ruit sanctus ysidorus dicens eis. Serui dei nō est
voluntas dei ꝙ corpa beatissimarū virginū iuste
et ruphine extrahant ab hac ciuitate qr hec ciui-
tas debet cōqueri a xp̄ianis 7 vult ꝙ hic maneant
p consolatione eorū. Sed deus habet p bono sem
per vestram sanctitatē 7 ꝓpter honorē regis fernā
di a quo recepit multa seruitia ꝙ deducatis corp9
meum in ciuitatē legioneñ. et cum audiuerunt ti-
muerunt timore magno 7 steterunt p aliquā mo-
ram attoniti 7 muti ꝓpter magnā claritatē 7 sen-
tientes mirabilem 7 nō assuetum odorē 7 tunc san
ctus ille confessor ysidorus fecit signū crucis sup
eos 7 statim redierunt in seipsis 7 interrogauerūt
eum quis esset. Qui rñdit ego suz ille ysidorus qui
fuit archiep̄us hyspaleñ. tunc facta gratiarū actio
ne petierunt ab eo ꝙ eis ostenderet locum sepultu
re et ostendit eis dādo certa signa eis quō iacebat
in sibilia veteri 7 disparuit ab oculis eoꝝ. Illi vo
venerunt ad regem dicentes ꝙ volebant ei osten-
dere qd̄ petebant placuit regi 7 venit cum militib;
suis ad locum signatū 7 fodiētes p̄sente rege inue-
nit sepulchrū sancti confessoris 7 aperientes sepul
chrum exiuit odor mirabilis in modū aluusqui et
balsami qui ꝓfuit in salutē nō solum xp̄ianoꝝ sed
etiā saracenorū 7 extracto corpe honorifice inuol-
uerunt ossa illa nobilibus pannis 7 rex ꝓpter mi-
raculum qd̄ viderat doluit de concesso 7 voluit ac
cipere illud si potuisset. Sed cū hec cogitauit am-
plius corpus illud videre nō potuit 7 motus est in
tellectus ei9 in aliud sic ꝙ obliuioni tradidit que
cogitauerat et post hec mouerunt se ep̄i ac alij am
basiatores cum precioso illo corpore p viam suam
plurimis miraculis chorușcando. 7 cum puenerūt
legionem et rex fernandus sciuit. iuit ad eos cū so
lenni ꝓcessione. 7 cum magno honore posuit illud
sanctum corpus in quodam monasterio quod ip̄e
fecerat in monumento aureo sup altare maius et
extūc ecclesia illa vocata est sanctus ysidorus quā
dotauit lapidibus p̄ciosis auro et argento ac plu-
rimis possessionibus. Est aūt monasterium illud
quod ego vidi canonicarum regularium vbi sunt

sepulture multorum regum quorũ ymaginẽs tenent cruces in manibus sinistris et in dextris enses euaginatos.

Uincunt xpiani ꝑ regem fernandum magnum et subiugatur celtiberia 7 carpentania ac liberatᷓ hysponia a subiectione imperatorum romanorũ.

Ctuagesimũquartum bellum inter saracenos 7 xpianos

accidit circa p̄dicta tp̄a. Tunc enĩ p̄dictus rex fernandus magnus ad requisitionẽ regine dñe saucie vxoris sue congregauit exercitum suum magnũ contra saracenos carpentanie 7 celtiberie que sibi rebellauerant deditq; ei p̄dicta regina de suis thezauris magnas diuitias ꝓ stipẽdijs militum. Cum ergo p̄dictus rex ꝑuenit ad terras illas intantũ confregit illas 7 tot saracenos occidit et captiuauit ꝙ ꝑ vim 7 contra eorum voluntatem reduxit terras illas ad pristinam seruitutẽ. et reuersus ẽ in terrã suã cum magnis diuitijs et honore dedit q; regine in recõpẽsationẽ eorum que sibi ꝓ exercitu suo dederat omnes parias illorum saracenorũ. Celtiberia est illa terra que vadit a sancto sebastiano ex parte occeani maris indirectum vsq; mare cesarauguste quod est mare mediterraneum 7 ex flumine ybero vsq; ad regnũ morcie vocatur carpentanea. Iste rex fernandus liberauit regnum ne esset subiectũ impatori nec recognosceret superiorem in tp̄alibus et hec fuit causa quare fuit vocatus magnus sicut plenius continetᷓ in generali hystoria hyspanie. Hinc illustri regi beatꝰ ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se disponeret ꝓ ingressu beatitudinis eterne qui venit añ corpus beati ysidori 7 genibus flexis ac coronatus regia corona sic orauit. Dñe ihu xp̄e cuius est oĩs potestas 7 omne regnum q2 tu es rex oĩm regnorum. et rex oĩm gentium. dñe reddo tibi nunc regnũ q̄d mihi dedisti ⁊ peto ꝓ mercede ꝙ anima mea sit posita in luce cuius nõ est finis quibus dictis expoliauit se vestimentis suis regijs auro decoratis 7 abstulit coronã quã tenebat in capite et posuit eam sup altare 7 indutus est cilicio circa carnem. et iterum fecit orõnem ad deum 7 absolutus est a ep̄is de peccatis suis 7 statim ibi recepit vltimã vnctionem sparsitq; cineres sup se 7 p̄cepit se deduci in peregrinationẽ ad sanctã mariã de almasam que est ꝓpe cabesom vbi nouẽ dieb; stetit 7 appropinquãte morte fec̄ se deduci in cabesom 7 ordinato testõ suo diuisoq; regno trib; filijs sc3 Saucio alfonso 7 garsie post penitentiã lachrimabilẽ trium dierũ die quarta que fuit dies sancti iohannis baptiste hora sexta data benedictione filijs suis migrauit ad dñm sepultus est in ecclesia sancti ysidori ciuitatis legioneñ. iuxta patrem suũ quem ipse deonã fecerat deduci. Regnauit viginti duobus annis. et sex mensibus 7 successit ei in regno castelle Saucius filius eiꝰ primus Alfonsus in regno legionis et garsias in galecia et portugalia.

Uincunt xpiani et efficitᷓ tributarius rex cesagarustanus ꝑ regem saucium castelle 7 quõ ꝓditorie ꝑ vellido dolpho occiditᷓ rex iste saucius secundus rex castelle.

Ctuagesimumquintum bellum inter saracenos 7 xpianos

accidit anno dñi Millesimosexingentesimoseptuagesimo. Tunc p̄dictus rex Saucius videns ꝙ rex fernãdus pater suus ꝓ honore fidei xpiane conquestauerat ꝓuincias portugalie 7 lucitanie hyspaleñ. corduheñ. toleti celtiberie 7 carpentanie suntq; reges earum facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu venit sup ciuitatem cesaragustanam 7 obsedit eam ac cum ingenijs 7 machinis pluribus de die 7 nocte ea3 fortissime expugnabat ꝓpter quod post multa damna que receperunt saraceni rex ciuitatis misit regi Saucio multitudinem magnã auri 7 argenti ac lapidum p̄ciosorum et factus est eius vasallus cum tota terra sua 7 tributarius cum omnibus eius sic ꝙ quolibet anno darent ei certum quid 7 firmata hac pace. Reuersus est rex saucius in terrã suã cum diuitijs 7 honore. Iste rex saucius nõ fuit contentus de diuisione regnorũ quã fecerat pater eius fratribus suis. Et ideo desiderio habendi omnia regna. licet penam ꝑditionis posuisset pater cuicunq; eorum frangẽti dispositõnem eius. Congregauit exercitum magnum. et iuit. Primo contra regem garsiam fratrẽ eius qui erat rex portugalie 7 galecie. Et post plurima bella deuicit eum 7 captum carcerib; mancipauit. Deinde bellauit cõtra regem alfonsum fratrem suum qui erat rex legionis 7 deuicto eo in cãpo atq; capto posuit eum etiã in carceribus. licet pluribus aliquorum fuerit solutus cum conditione ꝙ efficeretᷓ monachus 7 sic factum est. q2 in monasterio sancti facũdi accepit habitum monachalem sed nõ permansit quia dimisso habitu recessit 7 venit ad regem alymaymon toleti cum quo moratus est honorifice vsq; ad mortem fratris sui regis saucij. Sicut ergo mãsit rex saucius rex castelle legionis 7 portugalie. sed adhuc non contentus voluit capere Samorrã qua3 dederat pater suus sorori sue dñe vrrace. Uenit ergo sup eandem ciuitatem 7 post plurima bella exiuit ꝓditor quidam de ciuitate qui dicebatᷓ vellido dulpho qui factus priuatus regis quia ꝓmisit sibi dare modum quõ ciuitas caperetᷓ. Rogauitq; regem die quadam vt ambo irent soli lentis passibus vt viderent circunquaq; ciuitatem 7 ꝙ ei ostenderet locum ingressus Cum ergo iuissent 7 cum rex locum vidisset descẽdit ab equo circa flumen vt solaciaretᷓ. tradiditq; venabulum quoddam deauratum quod manu gestabat p̄dicto vellido dulpho ipse vero secessit ad secreta nature que cum ꝓditor ille ex aduerso cerneret inclinatum percussit regem per spatulas sic ꝙ venabulum ꝑ pectora eius exiuit subito fugiẽs recepit se in ciuitatem. Sic ergo maledictio paterna comprehendit eum vt sic proditorie moreretur Iacet sepultus in monasterio deonam. et successit in regnis predictis. Rex alfonsus quia rex garsias mortuus etiam fuit in vinculis vt plenius ista cõtinentᷓ in generali hystoria hyspanie.

Uincunt xpiani ꝑ regem alfonsum sextũ 7 ostẽditur confirmatio iuramenti in libertate.

Ctuagesimũsextu3 bellum inter saracenos et xpianos acci-

dit ãno dñi Millesimooctuagesimotercio. Tunc predictus rex alfonsus sextus qui dictꝰ fuit brano post morte3 regis saucij fratris sui qui decesserat sine prole habuit omnia regna eius pacifice 7 in tãta pace 7 iusticia tenuit regna sua qualis non fuerat post excidiũ hyspanie. Hic ergo rex propter quedam federa et iuramenta que fecerat regi toleti alymaymon cum fuit in eius potestate

sed nunquam eundi contra eum nec contra filium eius et adiuuandi eum contra quecunque contrarium cuius audiret quod erat obsessus a rege corduben. congregauit exercitum suum magnum et venit in eius succursum. Cum ergo cognouit rex corduben. quod rex alfonsus in multitudine graui veniret et esset in elias timore magno percussus fugit et tunc iterum rex alfonsus firmauit federa predicta tenens in potestate sua regem toleti in tentorio suo inuitatum et circundatum quingentis milibus armorum sicut et ipse tenuerat eum in ciuitate toleti ne videret iuramenta seruare que fecerat. Existens in alterius potestate sed libere et post hec ambo reges cum exercitibus suis mouerunt se contra terram regis corduben. cremantes et destruentes villas loca et castra ac quecunque inuenire poterant et reuersus est rex alfonsus in terram suam cum diuitijs et honore.

Uincunt xpiani et efficiuntur tributarij omnes saraceni hyspanie per regem alfonsum sextum.

Octuagesimumseptimum

bellum inter saracenos et xpianos accidit anno domini Millesimooctuagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus sextus brano tercius rex castelle congregauit exercitum suum magnum et intrauit terram saracenorum comburens et destruens quicquid inuenire potuit et tantum timorem incussit saracenis quod omnes saraceni tocius hyspanie facti fuerant tributarij.

Uincunt xpiani et imponitur nomen roderici de viuar Cid ad ruidas campeatore.

Octuagesimumoctauum

bellum inter saracenos et xpianos accidit anno domini Millesimooctuagesimoquinto. Tunc predictus rex alfonsus sextus tercius rex castelle misit rodericum didaci qui a quibusque regibus quos deuicerat vt supradictum est fuit cognominatus lingua arabica Cid quod idem est quod dominus ad regem hyspalen. corduben. et granate. Inter quos tunc magna versabatur discordia et inimicicia et multi milites nobiles regni castelle iuuabant almudafar regem granate cum potestate sua. Qui omnes iuerunt contra regem hyspalen. et licet predictus adruidas scripsisset regi granate quod non bellaret contra regem hyspalen. quia erat vasallus regis alfonsi noluit acquiescere precibus eius sed intrauit et destruxit vsque ad locum qui dicitur cabra quicquid inuenit. Quod cum cognouit predictus adruidas congregauit omnes saracenos et xpianos quos tunc habere potuit et iuit virili animo contra eos. Sed deridentes eum milites qui erant cum rege granate nunciauerunt ei quod non exirent contra illa propter eum nec propter alios sibi similes. Quo audito cogitauit quod non esset ei honor si non committeret eos. venit ergo contra eos et bellauit cum eis in campo et durauit bellum ab hora terciarum vsque ad sextam horam et ceciderunt multi ex parte regis granate ac deuicit eos fugieruntque per vim a campo saraceni et cepit in bello comitem garsiam ordoneum et alios milites qui iuuabant saracenos tenuitque eos in vinculis tribus diebus et tribus noctibus. et dimisit eos. precepit ergo victoria habita spoliari campum et reddidit predam quam portabat regi hyspalen. sic vt vnusquisque cognosceret que sua erant et reuersus est ad regem alfonsum cum magnis diuitijs et honore et cum parijs predicti regis hyspalen. Et extunc saraceni et xpiani vocauerunt eum adruidas campeator que omnia multum placuerunt regi alfonso.

Uincunt xpiani et capiuntur septem milia saracenorum per Cid campeatorem et quomodo per inuidiam expellitur a regno.

Octuagesimumnonum

bellum inter saracenos et xpianos accidit post predictum bellum paucis elapsis diebus. Tunc enim rex alfonsus sextus predictus. Congregauit exercitum suum magnum et intrauit terram saracenorum in vandalia vbi plurima damna eis intulit. Sed cum ipse esset in partibus illis bellans congregati fuerunt ex aduerso plurimi saraceni et intrauerunt per regnum castelle obsederuntque gormaciun et fecerunt in terra illa multa mala et damna. Cid autem ad ruidas campeator qui remanserat infirmus in recessu regis et iam conualescebat audito damno quem saraceni faciebant congregauit omnes gentes quas potuit et iuit contra terram toleti et percurrit illam destruens quicquid inuenire poterat et duxit secum preter alias diuitias septem milia saracenorum inter viros et feminas. et sic reuersus est in castellam cum honore. Istud factum seminarium inuidie fuit inter milites castelle. Et ideo tenuerunt modum cum rege alfonso quod cum campeator esset expulsus a regno et sic factum est et cum recederet nocte quadam cum dormiret dictum est ei in visione. vade audacter et noli timere semper tibi bene erit dum vixeris erisque diues et honoratus et in suo recessu cepit vnum castrum saracenorum quod iacet super henares et dicitur castreyon gentes vero sue percurrerunt terram illam vsque guadalfaiariam. Et congregatis omnibus spolijs quinta pars deputata ipsi cum fuit vendita saracenis precio trium milium marcharum argenti.

Uincunt xpiani et capitur alcozar per Cid campeatorem.

Nonagesimum bellum

inter saracenos et xpianos accidit sequenti die. Cum enim predictus Cid ad ruidas campeator iret in confinibus regni bellauit cum saracenis de alcozar et occidens plurimos eorum cepit locum illum quadam arte mirabili ibi inuenit plures diuitias. et istud factum magnum intulit timorem saracenis omnibus terolij et calataiubij propter quod scripsere regi valentie abuacar que acciderant dicentes quod si non succurreret eis quod etiam caperent terram eorum.

Uincunt xpiani fugatis et vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem.

Nonagesimumprimum

bellum inter saracenos et christianis accidit paucis elapsis diebus post predictum bellum. Quia tunc rex valentie vidit supradictas literas et misit duos reges cum tribus milibus armatorum et cum omnibus alijs gentibus illius frontarie veneruntque supra locum de alcozar. et obsederunt ibi ipsum Cid ad ruidas campeatorem cum militia sua tenueruntque ibi eum obsessum tri-

bus ebdomadib⁹ ⁊ abstulerūt ei aquā. gentes aūt quas cum habebat in numero erāt pauce quia solum erant quadringenti equites ⁊ tricēti pedites. Uidens aūt ꝙ aquā ꝑdiderant die quadā parauerunt arma sua ⁊ armauerūt se secretissime ⁊ subito apertis ianuis exeuntes irruerūt viriliter in saracenos ex inspirato. Sed ⁊ illi videntes eos venire parauerunt se vt melius potuerunt ⁊ statim factum est p̄lium magnum cecideruntq̄ plurimi saraceni. Sed ⁊ inter cetera strenuissima que ibi fecit. Ipse ad quendā militem saracenū feriens ense nudo diuisit in duas partes vt equum suū daret cuidam militi suo qui pedes pugnabat equo suo mortuo ⁊ vnum regem illorū duorū qui dicebat̄ feris ꝑcussit letaliter ꝓpter quod dedit terga. Alius vero rex qui dicebat̄ gnalue fuit etiam ꝑcussus in capite a martino antolines milite strenuo propter quod etiam dedit terga. Uidētes ergo saraceni ꝙ reges fugiebant ⁊ omnes ipsi timore ꝑcussi relicto campo fugierunt ⁊ secuti sunt eos xp̄iani occidentes ⁊ vulnerātes eos sine numero quousq̄ ꝑuenerunt ad portas terolij ⁊ calambūj quia rex feris fugit terolium ⁊ gnalue calatambiū ⁊ inde reuersus est cum bellatoribus suis ad locum vbi fuerat bellum ⁊ expoliauerunt campum vbi multas diuitias inuenerunt ⁊ inter cetera de equis saracenorū postq̄ congregauerunt eos quia erant sparsi inuenerunt quingentos ⁊ decem deferunt de equis xp̄ianorum .xv. ⁊ intrauerunt castrū suum de alcozar cum magnis diuitijs leticia ⁊ honore de equis vero quos habuit ꝓ parte sua virtuosus Cid misit .xxx. cum sellis ⁊ frenis ⁊ singulis ensibus pendentibus ex arzonib⁹ in donum regi alfonso castelle predicto vt haberet amorem eius quia iratus erat ab eo vt supradictum est.

Uincuut xp̄iani ⁊ fugat̄ rex denie ac comes cromani capit̄ ꝑ Cid campeatorem.

Unagesimumsecundum

bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimooctuagesimooctauo. Tunc p̄dictus Cid campeator cum esset eius timor sup̲ omnes saracenos cesar augustanos valentinos ⁊ sup̲ omnes illarum parciū acceptis electis militibus suis iuit ad ꝑcurrādā terrā saracenorū ⁊ ꝑuenit vsq̄ ad locum qui dicit̄ huerta ⁊ vsq̄ ad montem aluanū spacio quinq̄ dieruz et exiuit sonus eius inter omnes saracenos ⁊ xp̄ianos. ꝓpt̄ qd̄ comes remon berengel barchinonēn̄. qui in sua recōmendatione habebat illos saracenos cōiūctus fuit beualphaie regi denie. Qui magnis exercitibus congregatis secuti sunt p̄dictum Cid campeatorē cogitantes ꝙ ab eorum manib⁹ euadere nō posset ipse aūt ad tunc deducebat magnam p̄dam. ꝑuenerūt ergo ad eum nupmar de tonar nec predictus comes remon voluit acceptare verba honesta ipsius Cid sibi nunciantis ꝙ nihil ducebat de suo ⁊ ꝙ dimitteret eum in pace. Uidēs ergo virtuosus Cid eorū sup̲biam qui tollere volebant ea que ipse lucratus fuerat ab inimicis dei et legis nostre irruit in eos viriliter et ceciderunt multi ex parte aduersa. Alij vero quasi innumero fuerunt vulnerati ⁊ deuicit eos cepitq̄ predictum comitem vnū ⁊ lucratus est illa vice ensem qui dicebat̄ colada. Sed post terciū diē virtuosus Cid liberauit comitem p̄dictum ⁊ remisit eum ad partes suas cum duobus militibus.

Uincunt xp̄iani et fugat̄ iterum rex denie per Cid campeatorem.

Unagesimumtercium

bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimooctuagesimo nono. Tunc p̄dictus benalfaie vna cum p̄dicto comite remon venerūt cum multitudine graui ⁊ obsederunt castrum de Almenar regis cesaragustani qui erat valde confederatus ipsi Cid campeatori misit ergo rex cesaragustanus ꝓ Cid campeatore sibi confederato vt succurreret castro ipsius. Qui venit sup̲ eos ⁊ cōmissuz est durum bellū effusaq̄ est multitudo sanguinis. ꝟ finaliter vicit eos Cid qui nūq̄ victus fuerat ⁊ fugierūt a campo rex abenalfaie. ⁊ p̄dictus comes secutusq̄ est eos per tres leucas occidens ⁊ vulnerans plurimos eorum ⁊ reuersus est cum multitudine captiuorū ⁊ cum magnis diuitijs ⁊ honore in ciuitatē cesaragustanam vbi honorifice ⁊ cum magna leticia fuit receptus

Uincūt xp̄iani ⁊ capit̄ castrum de rudea ꝑ Cid campeatorem qui obtinuit priuilegia magna pro nobilibus ⁊ ciuibus castelle.

Unagesimumquartum

bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit āno dn̄i Millesimononagesimo Tunc predictus rex alfonsus sextus brano tercius rex castelle venit in succursum cuiusdā vasalli sui saraceni contra vnū wandalum qui se eleuauerat cum castro de rueda quod est ꝓpe cesaragustā. Saracenus aūt ille qui se eleuauerat cum castro habuit verbum suuz cum infante ramiro qui erat ex parte regis alfonsi dicens ꝙ volebat dare castrum p̄dicto regi alfonso ⁊ exiuit colloquendo cum rege inuitauitq̄ eum ad prandium intra castrū sed rex nō acceptauit conuiuiū illuminatus a deo q̄r erat conuiuiū ꝓditionis. Intrauerunt ergo cum eo ad conuiuiū p̄dictus infans ⁊ comes garsias qui cum fuerunt intra castrum occisi sunt lapidibus quod factum nimis displicuit regi ⁊ cogitando vituperium quod sibi fecerat ille saracenus misit ꝓ Cid ruidas campeatore qui libenter venit ad mandatum eius ⁊ recepit euz rex honorifice. Narrauitq̄ sibi damna que receperat ab illo saraceno. Tunc pepercit ei ⁊ inuitauit eum ꝙ veniret secum in castellam sed noluit acquiescere quousq̄ concessit sibi sequentia sc3 ꝙ cum aliquis nobilis haberet exiret de regno ꝙ daret̄ eis spacium .xxx. dierum. Secundo ꝙ nihil faceret contra aliquez nobilem nec ciuem nisi primo esset exauditus sicut deb3 esse de iure. Tercio ꝙ nihil faceret contra foros ⁊ priuilegia ad bonos vsus villarū et locorum. Quarto ꝙ nō faceret impositiones inordinatas. Quinto ꝙ si contra hec faceret ꝙ ꝓpter hec tota terra possit rebellare ⁊ eleuari quousq̄ fieret emenda ꝑ regem q̄ omnia rex concessit sibi ⁊ iterum inuitauit eum ꝙ secum veniret. sed ipse noluit quousq̄ vindicaret ipsum de illo saraceno proditore. Regraciatus ē ergo rex alfonsus sibi et reuersus est in castellam. Uirtuosus vero Cid obsedit castrum p̄dictum ⁊ in tanta pressura posuit eum quousq̄ moriebant̄ fame nec poterant iam bellare pre fame ⁊ volebāt sibi dare castrum si saluaret vitam eorum. sed ipse noluit vt vindicat regem cepit ergo virib⁹ castruz et captiuauit saracenum illum aliuofalas ⁊ omēs qui erant cum eo omnes occidit preter aliuofalas

proditore 7 aliquibus suis quos misit regi alfonso placuit ergo regem cum vidit presentem siue donum ipsius Cid campeatoris 7 fecit magnaȝ iusticiam de isto proditore 7 socijs eius 7 regratiatus est ipsi Cid quia vindicauerat eum.

Uincunt xpiani et fugatur rex denie et capitur rex aragonum p Cid campeatorem.

Unagesimũquintũ

bellum inter saracenos 7 xpianos accidit ãno dñi Millesimonogesimoprimo Tunc pdictus Cid campeator congregatis militibus suis iuit ad percurrendam terram benalfaie regis denie q cum rex ille sciuit doluit valde 7 misit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cũ quo erat federatus q veniret ad adiuuandum euȝ contra Cid campeatorem qui etiam dolens quia cum intrauerat terram suam sitr cõgregauit exercitum suum et ambo reges venerunt sup eum qui erat edificando quoddã castrum sup modella qd dicebat alcola parauerũt ergo ibi acies suas 7 commissum est durum bellum 7 ceciderunt multi. sed finaliter habuit victoriaȝ Cid campeator de illis duobus regibus et fuit captus rex aragonie cum multis comitib 7 militib suis. Alij vero dederũt terga 7 cum hac honorabili preda reuersus est cesaraugustam vbi cum magna leticia 7 honore receptus fuit a rege 7 filijs eius. Sȝ virtuosus Cid cõpatiẽs regi petro 7 suis militibus quia xpiani erãt soluit eos et permisit eos ire libere in terram suaȝ Et post hec venit Cid campeator in regnum cuȝ diuitijs 7 honore qui receptus fuit a rege alfonso honorifice deditq sibi multas villas et castra ac priuilegia q quemcunq locũ caperet a saracenis vel alijs inimicis esset suum iure hereditario 7 successorum suorum.

Uincunt xpiani 7 capiũt toletum ac plurima loca p regem alfonsum sextum.

Unagesimũsextum

bellum inter saracenos et xpianos accidit ãno dñi Millesimonagesimoquinto Imperante heinrico 7 sedente in cathedra petri gregorio septimo. Tunc pdictus rex alfonsus brano tercius Rex castelle congregauit exercituȝ suum magnum 7 venit sup toletum. Erat eñ iam solutus a iuramento quod fecerat alymaymon regi toleti pter eius mortem et filij sui ysen. Uenit ergo pdictus rex 7 cogitauit quomodo capere posset ciuitatem illam tammagnam 7 tamfortẽ et recordatus est verbi quod audierat cum esset sub arbore in orto regis predicte ciuitatis quando erat cum predicto rege alymaymon. Querebant eñ inter se cõsiliarij predicti regis ipso pñte rege quomodo posset capi ciuitas illa tamfortis 7 respondit vnus illorum q nõ poterat capi nisi septem annis esset obsessa sic q nulla puisio posset intrare et tunc in octauo anno posset capi p fame. Istud verbum audiuit rex alfonsus. licet ipsi cogitarent q dormiebat. sic ergo cum venit ex hoc verbo abstulit eis panem 7 vinum 7 fructus p quatuor annos. et hoc vndiq p totam terram 7 tenuit eam obsessam alijs quatuor annis ex quadruplici parte ciuitatis 7 cum intra ciuitatẽ esset populus sine numero defecerunt eis iam victualia 7 sub quibusdã pactis data est eis ciuitas in die sancti vrbani mẽsis may. 7 capta ciuitate illa que quondam fuerat honor 7 gloria gottorũ exiuit inde 7 percurrit omnes terras circumquaq 7 cepit tunc sanctam Eulaliam maquedã albanam argancam scalonã ozedam butragam ateusiam ozaman berlangã 7 medinam celi. 7 plurima alia loca 7 reuersus est toletum vbi collocauit thronum suum 7 fecit ibi habitationeȝ suam 7 facta est mesquita maior ecclesia cathedralis dicta sancta maria 7 fecit q eligeretur archiepus qui esset primas hyspaniarũ et dotauit ecclesiam illam pluribus villis castris locis 7 possessionibus honorifice sicut 7 nunc est 7 in die consecrationis ecclesie obtulerunt rex 7 regina de thesauris suis 7 posuerunt in illa ecclesia reliquiaruȝ multitudinem quas habebant pter quas venerandas 7 indulgentias obtinendas concurrit ibi multitudo populi ex toto archiepatu certis tẽporibus anni.

Uincunt xpiani cruce signati transeũtes in terram sanctam et capiunt ciuitates nicia 7 laudicia

Unagesimumsepti

mum bellum inter saracenos 7 xpianos accidit anno dñi Millesimononingẽtesimoseptuagesimo sedente in cathedra petri vrbano scdo pdictus papa ãno dñi Millesimononagesimosexto. apud clarum montem aluernie in mense nouembris concilium celebrauit vbi exposita ẽ miseria ciuitatis hierusalem dedecus xpi 7 obprobrium nunciat consiliũ 7 auxilium postulat. Unde occidentis ppli innumerabilis multitudo duces comites 7 nobiles ignobiles diuites et paupes epi clerici 7 religiosi senes pueri 7 puelle dolentes loca sancta phanari a gentibus 7 thurcis ab appulia prouincia lingua occitana hyspania Acquitania britania normania Schocia flãdria frãcia germania lothoringia borgondia lombardia. alijs prouincijs regnis 7 terris nullo vnq angariante sed omnes pari fide 7 voto 7 deuotione iniurias xpi vltum ire se parantes signo crucis signati pace firmissima vbiq terrarũ composita de terris suis egredientes nullum in tanta multitudine regem habentes nisi xpm sepulchruȝ ipsius tanto tpe sub seruitute redactum ponũt reddere libertati 7 quanto quiscunq prior erat prius ad mundi militiã tanto erat prior modo ad dei militiam exercendã. Iudeos vero in vrbib quas transibãt credere cõpellebant vl trucidabant. Uñ multi zelo paterne legis mutuo se peremerunt. Alij credere se simulantes post ad iudaismũ relabant. Et si queratur quis incitauit pdictum vrbanũ papam vt crucẽ pdicaret 7 quis tantã multitudinẽ cõmouit Respondet q hoc venit ex inspiratiõe diuina que facta fuit cuidam pauperi religioso viro gallico q dicebat petrus heremita. qui cuȝ pegrinaretur in sanctum sepulchruȝ videns loca sancta ab impijs irreuerenter tractari. videns etiã venerabilem symonem ciuitatis patriarchã cum subditis suis viliter 7 cum omni abiectione 7 pluribus oppressionibus affligi commota sunt viscera eius vehemẽter 7 cepit anxius contristari 7 cogitare si cõmode posset afflictis subuenire. Cum aũt quadaȝ nocte dñice resurrectionis in ecclesia lachrymis 7 orõnibus dño supplicans pernoctaret longo vigiliaruȝ labore fatigatus supra pauimentum ecclesie somno humanitus irruente cepit paululum dormitare dñs autem ihs xpus apparuit ei in somnis iniũgens ei legationem ad dñm papam 7 ad principes

occidentales ꝓ liberatione terre sancte quã legationem ipse fideliter adimpleuit veniens ad predictum papam ⁊ omnes alios principes xp̄ianos cũ lr̄is predicti patriarche ⁊ aliorum fidelium hierosolimis commorantiũ. Sic ergo congregati sunt omnes supradicti cum petro heremita. Erãt autẽ huius sancti exercitus eminentiores Adamarus podieñ. ep̄us Godefridus dux lothoringie Eustacius ⁊ baldonius frẽs eius Robertus comes flandrieñ. Rodolfus comes meteñ. Hugo magnus frater regis francorum Stephanus comes blesensis Raymũdus comes tolose ⁊ sancti egidij Bestimõdus dux apelie Robertus comes normanie. Anshelmus de aboldumunte Raymũdus torene. vertur autẽ ꝙ sit ruidas campeator fuerat inuitatus ab istis principibus pro isto passio faciendo ꝓpter eius magnam famam. Sed ipse occupatus cum rege alfonso contra saracenos in expugnatione toleti et aliorum locorum vt infra dicetur. sed ab illo cõuiuio facto excusauit, exposita etiam sua sancta occupatione ⁊ credunt tunc trãsfretasse plusq̄ ducenta milia xp̄ianorum inter quos Gulfrerius de turribus multos insultus hostibus inferens atq̄ damna vna die rugitum leonis a serpente circũligati audiuit qui socijs dissuadentibꝰ accedens audacter serpentem truncauit leonem liberãdo cuiꝰ rei leo immemor eundem sequit̄ vt leporarius ⁊ q̄diu in illa terra fuit multa fecit ei conmoda in venationibus ⁊ bellis ⁊ quacunq̄ vidit dn̄o aduersari subito prosternebat nec dn̄o redeunte in naui positum derelinquere voluit sed nautis nolentibꝰ eum recipere vtpote animal crudele secutus est dominũ suum natando ꝑ maria quousq̄ defecit. Anno ergo p̄dicto scilꝫ Millesimononagesimoseptimo exercitus dn̄i fines paganorum attigit ⁊ factũ est primum bellum magnum cum saracenis ad põtem fluminis pharphar nono kalẽdas marcij vbi multo saracenorum sanguine effuso victi sũt a xp̄ianis. Et capte sunt ciuitates Nicea ⁊ laodicia et licet essent tanti in exercitu tanta fuit rerum oĩm habundantia vt aries vno denario. bos vero tm̄ nummis duodecim venderet̄.

Vincunt xp̄iani et capit̄ antiochia.

Nonagesimumoctauum

bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno predicto scꝫ Millesimononagesimoseptimo. Cum em̄ exercitus dn̄i predicta obtinuisset loca ⁊ in manu imperatoris Constantinopolitani reliquisset ꝓfectus inde varijs transcursis regionibus ⁊ prolixi itineris diuturno labore plurimum fatigati mense septembri ante ciuitatem antiochie. Nam que tunc erat saracenorum subiecta dominio castra locauerunt. Cum autẽ ꝑ menses vero nouem in obsidione ciuitatis continue laborarent ⁊ varijs tribulationibꝰ essent oppressi videlicet fame frigore yemalibus ymbribus ⁊ multimodis egritudinibus ac diuersis morbi generibus a thurcis in ciuitate commorãtibꝰ sibi illatis parum ꝓficiscent nec vllis bellicis instrumẽtis contra munitissimã ciuitatem p̄ualerent. Respexit deus afflictionem populi sui ꝑ quendam fidelem xp̄ianum in ciuitate sub infideliũ dominio commorantẽ qui de nocte ꝑ scalam dn̄m boamundum principem tarentinum clam cum militibus in ciuitatem recepit. Illi vero portas vi aperientes interfecto eius duce noĩe Acciano cum alijs fere .xj. milibus quibusdã alijs vinculis mancipatis ciuitatem nobilem multarum ꝓuinciarum a diebus antiquis metropolim ⁊ mediatricem diuino munere possederunt.

Vincunt xp̄iani ⁊ fugat̄ corboranus cum exercitu suo antiochia ab eius obsidione liberatur et inuenit̄ lancea qua ꝑforatũ fuit latus xp̄i in cruce

Nonagesimumnonũ

bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit ãno domini Millesimononagesimo octauo. Capta em̄ antiochia vt p̄dictum est mox superuenit Coroboranus magno cũ exercitu paganorum ⁊ xp̄iani obsident tantaq̄ fame afflicti sũt vt vix se aliqui ab humanis carnibus abstinerent media ergo purgente, ⁊ fame intolerabili cõpellente de necessitate facientes virtutem pauci contra multos ad p̄lium coacti sunt exire lancea dn̄i sancta qua latus eius in cruce fuerat ꝑforatum q̄ paulo ante sub terra ꝑ reuelationẽ reperta fuerat eos pro vexillo precedente exercitu xp̄ianorũ innumeram infidelium multitudinem audacter ingrediens et brachio extento viriliter pugnãs diuino ꝓtectus adiutorio gloriose de hostibus obsedentibus triumphauit alijs gladio trucidatis alijs terga vertentibus equorũ velotium p̄sidio fuga elapsis expoliauit ergo campum exercitus dn̄i ⁊ tãtũ auri et argenti equorum ⁊ victualium copiam inuenerunt vt omnes cumulatu diuitijs ⁊ victualibus supra modum habundantes cum hymnis et laudibus ciuitatem ingressi dn̄o ꝓ tanta victoria gratias retulerunt lancea vero xp̄i fuit ꝑ hunc modum reperta. Apparuit em̄ sanctus andreas cuidam rustico ꝓuinciali, dicens. veni ostendam tibi lanceam xp̄i. ⁊ rusticus isdem capta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostenso p̄sente raymundo comite tolosano et capellano suo lanceam inuenit. Dubitantibus aũt ꝑlerisq̄. quidam bartholomeus noĩe xp̄o sibi apparente certificatus ignem licet pedum quem fieri iussit illesus transiuit cum lancea ⁊ sic exercitus dn̄i fiduciam habẽs in xp̄o et lancea a tꝑe ap̄lorum inuisa intrepidus processit.

Vincunt xp̄iani cruce signati ⁊ capitur ciuitas sancta hierusalem.

Centesimum bellum

inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimononagesimonono. Tũc exercitus dn̄i dominium ciuitatis antiochie boamundo p̄dicto concedentes ordinatis ecclesijs et clero ac patriarcha et stipendijs vnde sustentari possint. Siriciq̄ ꝓficiscentes marchiam et barrã multaq̄ castella regionis illius expugnant tanta fame afflicti ꝙ corpora saracenorum fetentia edere compellunt̄ et inde ꝓfectus exercitus dn̄i ad interiora sirie larga dei manus refocillatus ⁊ est tandem montana hierosolimorũ conscendens añ sanctam ciuitatem peruenit tentoria figens ⁊ castra s'm militarem disciplinam collocans ex omni parte ipsam vrbem obsidione vallauit. Est aũt hierusalem ciuitas in montanis sita riuis fontibus ⁊ siluis carens excepto siloe vbi aqua sufficienter habetur. legit̄ ꝙ priusq̄ exercitus dn̄i hierusalẽ applicuisset quadam columba desuper exercitu p̄dicto volãs ab accipitre grauiter plagata est. circa quã reperte sunt lr̄e quas deferebat talis sententie. Rex

acharon duci Cesario salutem. generatio canina venit gens contentiosa contra quã p te et p alios defendas tuam legem indica idem vrbibus alijs. Erectus ergo petrarijs et alijs bellicis instrumentis et scalis muro applicatis multum laborantes parum in principio pfecerunt. quibusdã etiã ex nostris sagitarũ ymbre grauiter sauciatis. Alijs vero molarium immissione pemptis machinis etiã ligneis ex magna parte igne succẽsus ab his qui in ciuitate erãt maxime ledebantᵉ. Dum etiam in eadem obsidione p victus et etiam aque penuria laborarent ex conducto cõi omnes quotidie nudis pedibus orando septem diebus circuierũt ciuitatem. Tandem die octauo qui fuit ydus iunij feria que specialiter est dies crucifixi ardore animi succensi ⁊ crucis signo muniti pmpto animo pro illo parati mori qui p ipso eodẽ die mortuus est Strenui dñi pugiles scalas muris immittẽtis p sagittas et spicula p lapides desuper venientes et ingẽcia saxa p gladios et lanceas ⁊ ignes supra muros ascendendo ciuitas sancta hierusalẽ a xpianis capitur et in porticu salomonis paganos egredientes tot occiderunt vt in sanguine occisorũ vsq ad equorum genua equitarent sic diuino munere ciuitas sancta hierusalẽ a xpianis capitᵉ et libertati eorum est reducta que p annos circiter. ccc. sexaginta. postq̃ scõa vice ab imperatore eraclio fuit capta ab immundis saracenis fuerat possessa gratias referentes saluatori nostro dño ihu xpo patriarchã latinum et tam clerum q̃ ecclesias ordinantes ducem godefridum de bullon militem strennuũ et virum deo ⁊ hominibus acceptũ dñm ciuitatis vnanimiter eligerunt qui licet ciuitatis administrationem ad multarum pcum instantiam suscepisset p reuerentia tamen xpi ⁊ cordis humilitate noluit rex appellari nec coronam aureã deportare vbi dñs noster spinis coronatus fuit pro nostra redẽptione.

Vincunt xpiani cruce signati cesis centum milibus saracenorum.

Centesimumprimũ

bellum inter saracenos et xpianos accidit paucis elapsis diebus a captiõe sancte ciuitatis hierusalem. Tunc enĩ cum principes de repatriando tractaret. Ecce rex saracenorũ cũ centum milibus equitum et. cccc. milibus peditũ ad bellandos xpianos ascalonã venit quibus exercitus dñi in quo nõ erant nisi quinq milia equitum et. xv. milia peditum occurrens deo p eis pugnante et nube ab estu solis ptegẽte saracenos solo impetu territos piectis armis eos in fugam cõuertit et in hoc bello facto. vj. kal. augusti cesi sunt centum milia paganorum. In portu vero ascalone vsq ad duo milia suffocantᵉ eorum vero qui in mari et inter spineta cõsumpti sũt numerus ignoratur. His gestis reuersus est exercitus dñi in sanctam ciuitatem cum magnis diuitijs et honore et mansit ibidem supradictus godefridus electus in regem. Alij vero principes ad pria cũ honore sũt reuersi.

Vincũt saraceni in hyspania ⁊ occiditᵉ infans saucius alfonsi. perditᵉ concha et plurima alia loca et destruuntᵉ omnia balnea regni.

Centesimumsecũdũ

bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit supradicto ãno dñi Millesimononagesimonono. Tunc rex alfonsus sextus tercius rex castelle de quo dictum est supra cõsilio Abenhabet regis hyspaleñ. cuius filiam caydam nomine ceperat in vxorẽ factam christianam que vocata fuit maria vt nihil eẽt i hyspania q̃d eis nõ subiugaretur misit in affricam pro saracenis qui dicebantur almorandes. Erant enim mirabiles bellatores ⁊ placuit regi marrochiorum complacere regi alfonso et misit ei militiam magnam illorũ quibus prefecit capitaneum vnum Algnaselum suũ maiorem qui dicebatur halyabenaxa. Hunc predicti almorandes tunc obliti domini sui eleuauerunt myramamolim et reuersi sunt in optatẽ partem quia congregati sunt cum alijs saracenis et expugnauerunt regem hyspaleñ. qui dederat filiam suam in vxorẽ occulte christiano ⁊ q erat amicus regis christiani. Venerunt ergo contra predictũ regem et ipse occurrit eis non tam preparatus ad bellum sicut poterat et debuerat. et occisus est in bello. quo facto eleuatus in superbiam ille saracenus qui se fecerat vocari myramamolim venit cũ sua multitudine graui contra terram regis alfonsi et obsedit hucles. Tunc autem rex alfonsus predictus erat infirmus et doluit vehemẽter quia nõ poterat ire in persona contra eos sed misit illuc filium suum vnigenitum quem habuerat ex illa p dicta cayda vxore sua christiana qui dicebatur infans donus sanxius alfonsi ⁊ erat adhuc puer ⁊ cũ eo misit comitem donum garsiam de cabra qui nutriret eum et multos alios comites et nobiles cũ exercitu magno et venerunt prope villesium. Cũ ergo saraceni obsedentes viderunt christianos dimiserunt obsidionem et venerunt contra eos ⁊ ordinatis aciebus commissum est durum bellum et permittente deo ac peccatis forte exigentibus victi fuerũt christiani ⁊ ibi vbi maior erat potestas xpianorũ cũ predicto infante filio regis ibi occurrit maior multitudo saracenorum. Infans autẽ sentiens equum suum vulneratum dixit nutricio suo comiti pater vulneratus est equus meus et dixit comes. fili sitis firmus alias vos eritis vulneratus. ⁊ cecidit statim equus mortuus cum eo. quod cum vidit predictus comes timens mortem infantis descendit subito de equo suo et cooperuit infantem cum scuto et ibi defendens infantem plurimos saracenos cum ense suo occidit sed tanta fuit eorũ multitudo q nõ potuit sustinere quia abscideruntᵉ ei vnum pedem quodam ense et quãdo vidit q non poterat se continere dimisit se cadere super puerum vt moreretur prinsq̃ ipse et ibi occiderũt comitem illum. Ceteri vero comites habuerunt infantem et fugiebant cum eo quantum poterant cogitantes euadere mortem. Saraceni autem videntes eos insecuti sunt eos et quia nõ poterant tamcito fugere cum puero sicut voluissent attinxerunt eos et transeuntes vltra eos occiderũt ibi infantem et comites et in memoriam illius victorie posuerunt saraceni nomen loco illiᵘˢ septem porci sed postmodum mutatus est locus ille et vocatus est septem comites. Alij autẽ qui euaserũt venerunt toletum ad regem ⁊ factus est planctus magnus a rege pro filio suo sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie. Tunc fuit perdita concha quam habuit cũ vxore sua cayda habuerunt etiam saraceni tunc huete et huclesem quesiuit rex Alfonsus a sapientibus quare mili-

tes sui non poterant tolerare bella sicut solebant. Et respōsum est ei ꝙ erat q2 sepe intrabāt balnea et q2 nimis vacabant delicijs ⁊ extūc rex alfonsus fecit ꝙ destruerent oīa balnea regni sui ⁊ fecit milites laborare multis exercitibus.

Vincunt xp̄iani sub principe godefrido de bullion et capiunt plurime ciuitates.

Centesimumtercium

bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimocentesimo. Tūc victoriosus princeps Godefridus de bullion expeditis alijs principibus collecto exercitu suo attendens ꝙ ciuitatem sanctam non posset retinere nisi fines suos vellet ampliare ⁊ hostes vicinos a se lōgius ꝓpulsare. licet essent paucissimi respectu circunstantium nationum quia habebant ab oriente arabes moabitas ⁊ amonitas. a meridie vero ydoneos egyptios ⁊ philisteos. ab occidente autē ciuitates maritimas perolomaydam siue accon ⁊ tiron ⁊ trippolim et omnes alias vsq3 ad antiochiā a septentrione vero tyberiadam et cesaream philippi et regionem decapoleos ⁊ damascum. maluerūt tn̄ pro xp̄o animas suas morti exponere ꝙ missa manu ad aratrum retrospicere ⁊ negocium imꝑfectum relinquere nō ergo confidentes in sua fortitudine nec in multitudine sed in sola dei ꝓtectione spem habentes ⁊ salutifere crucis vexillū semꝑ in ꝑlio deferentes inimicis partim fugatis partim trucidatis partim carceri mancipatis vrbes munitissimas et castra inexpugnabilia xp̄o subiecerūt. Vn̄ in illo suo primo egressu cepit ciuitatem ioppen in littore maris sitam. Et ciuitatē ramata nobilē populosam muro valido circundatā ⁊ turribus excelsis in campestrib9 sitam. cepit etiā ciuitatem porphiriam in littore maris quasi miliarib9 quatuor ab accon distantes ⁊ ciuitatem tyberiadem in galylea que est supra stagnum genazareth sita. Quib9 subiugatis reuersus est gloriosus priceps in sanctā ciuitatem cum leticia ⁊ honore. In fine supradicti anni mortuus est princeps godefridus ⁊ electus est concorditer ⁊ in regem inunctus Baldowinus frater eius miles strenuissimus qui postmodū diuino fretu auxilio regnum suum dilatauit. Nam ipse expugnauit azur ⁊ cesareā philippi ⁊ accon que alio noīe dicit̄ tolemayda ⁊ ciuitatem berid ⁊ ciuitatem Sydonis ⁊ mōtem regalem ⁊ plurima alia loca cepit ac mīta alia loca fortalicia ac deinde ab alijs successoribus multis bellis ⁊ multa effusione sanguinis dilatatum fuit regnum hierosolomitanū in ciuitatibus villis ⁊ castris sicut latissime narrat acconeñ. ep̄us in libro d̄ rebus ⁊ statu terre orientalium que ꝓpter breuitatem relinquo.

Vincunt xp̄iani ⁊ obsidet̄ ciuitas corduben̄. ac membratim diuidit̄ ꝓditor saracenus qui regem hyspalen̄. interfecerat ꝑ regem alfonsum sextum.

Centesimumquartū

bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit paucis elapsis diebus post ꝑdictum bellum. Tunc em̄ ꝑdictus rex Alfonsus. vj. iij. rex castelle ex ira magna quā habebat contra saracenos: tum quia interfecerāt filiū eius: tum propter alia damna que fecerant in terra eius cōgregatis exercitibus magnis liber ab infirmitate venit in terram saracenorum directe contra illum saracenum qui se fecerat vocare myramamolim qui tūc erat in ciuitate corduben̄. ⁊ obsedit eū ibi qui cum cognouit potestatem excedentem regis alfonsi nō fuit ausus exire contra eum. Cum ergo sic esset obsessus quidam saracenus nobilis cuius nomē erat abdallar venit de nocte cū multitudine magna saracenorū ⁊ dedit saltum ex improuiso in exercitum regis alfonsi xp̄iani autē sentientes eos capientes sceleriter arma sua bellauerunt cum eis et occiderunt maiorē partem eorum ⁊ captiuauerunt saracenum predictum abdallar qui et interfecerat regem hyspalen̄. ꝑdictum patrem regine dn̄e marie cayde. Ceperunt etiā plures alios cum eo. Precepit ergo rex alfonsus ꝙ duceret̄ saracenus ille ante eum et mandauit ꝙ duceret̄ ad locū vbi possent eum diuidere saraceni de ciuitate. ⁊ ꝙ conscideret̄ corpus membratim in frusta quia interfecerat socrum suum vt dictum est. Precepit etiā ꝙ ducerēt̄ur alij nobiles saraceni qui fuerant cum eo ⁊ ꝙ cōburent̄ viui in eodem loco qd̄ cum viderunt saraceni de ciuitate timore magno ꝑcussi firmauerunt pacem cum eo ꝙ darent ei tributum oīm terrarum quas possidebant citra mare et miserunt multum aurum ⁊ argentum ac multidinē lapidum ꝑciosorū ac alia plurima dona. Et tunc rex alfonsus cōtentus de his que fecerat in cursu illo et quō cōfregerat ⁊ honorauerat illum saracenum. Alium qui se vocauerat myramamolim reuersus est in terrā suam cum magnis diuitijs ⁊ honore et extunc predictus rex alfonsus tenuit regnum suum in pace ⁊ dederunt ei saraceni citra mare quolibet anno tributa siue parias suas.

Vincūt saraceni sub nicaph rege marrochiorꝫ et vulnerat̄ rex alfonsus sextus.

Centesimūquintum

bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i millesimocētesimoprimo. Tunc nicaph rex marrochiorū qui erat myramamolin cōgregato magno exercitu almorauidum transiuit mare cui congregati sunt ⁊ vniti omnes saraceni mandalie venit ergo suꝑ regem hyspalen̄. et obsederunt ciuitatē atq3 ceperūt eam ⁊ inuenerunt ibi illū ꝓditorē qui se fecerat vocari myramamolim ⁊ ꝑscidit caput eius ⁊ exinde venerūt supra cordubā et ceperunt eam ⁊ factum vnū dominium saracenorū citra ⁊ vltra mare quod primo nō erat quo facto intrauit myramamolim cum suo exercitu magno ꝑ terrā regis alfonsi ⁊ ꝑuenit vsq3 ad badayos. Rex autē alfonsus ꝑdictus cum erat semꝑ cesaraugustā ⁊ tenebat eam obsessam. Cum ergo sciuit ingressum ꝑdicti myramamolim in terrā suam eleuauit se ab obsidione ⁊ venit cum exercitu suo. et cum multitudine francorum que venerāt in adiutorium eius et cōmissum est bellum asperrimum ꝓpe badayos. In quodā loco qui dicit̄ arabice cella que et lingua castellana sathalias dicit̄ et ꝑmittente deo victi sunt xp̄iani et multi dederūt terga nemine persequente. Rex autem Alfonsus sustinuit bellum cum illis qui secum remanserant vsq3 ad noctem et tam uiriliter bellabat rex ꝙ nullus saracenus erat qui ausus esset ponere ante eum et mouet eos de loco illo retraxitq3 eos vsq3 ad tentoria nicaph que bene erat fortificata fossatis. et cum cogitaret fortissime pugnans eos inde extrahere. Superuenit quidam nuncius qui dixit ei ꝙ insidie quas posuerāt saraceni venerunt ad dep-

dandũ tentoria sua quod cum audiuit dimisit bellare illos ꝛ reuersus est ad suos. ꝛ cum reuerteretur inuenit se cum illis qui depredabant tentoria bellauitqꝫ cum eis sed fuit victus ꝛ perdidit multos ibi de suis ꝛ ipse vulneratus fuit lancea superueniente ergo nocte diuisi sunt abinuicem bellantes ꝛ illi pauci xpiani qui remanserunt coniuncti sunt regi alfonso et reuersus est cum eis ad ciuitatem que dicit corya. Saraceni similiter recesserunt ad terras suas ꝛ nicaph. trãsiuit in affricam. Istud bellum fuit feria sexta prima die nouembris ãno quo supra.

Uincunt xpiani ꝑ regem alfonsum sextũ destructa saracenorum terra.

Entesimumsextum

bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi Millesimocentesimosecũdo. Tunc supradictus rex alfonsus sextus cõgregauit exercitum suũ et intrauit terram saracenorum et peruenit vsqꝫ ad ciuitatem hyspaleñ. destruens quicquid inuenire poterat ꝛ reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs ꝛ honore.

Uincunt xpiani et capit ciuitas nobilis valencie ꝑ Cid campeatorem.

Entesimũseptimuꝫ

bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi Millesimocẽtesimotercio Tunc enĩ rodericus didaci Cid cãpeator cũ multitudine xpianorum obsedit ciuitatem valencie et tenuit eam obsessam nouem mẽsibus. In quibus fuerunt multa prelia ꝛ effusus sanguis sine mensura tam xpianorum q̃ saracenorum ꝛ tam angustiata fuit ciuitas pre fame ꝙ compulsi sunt saraceni comedere canes murilegos ꝛ mures plures etiam pauperes comedebant carnes saracenorum mortuorum ꝛ tot moriebant fame ꝙ platee erant plene sepulchris ꝛ nõ erat sepulchrum in quo nõ cẽnt adminus decem saraceni. Alij aũt exeuntes a ciuitate tradebant se libere manibus xpianorum sed cum comedebant statim moriebant. et compellabant eos ipse Cid redire ad ciuitatem vt in maiori numero magis opprimerent fame et si aliquem ipse de exeuntibus poterant accipere mandabant eum comburi vt timerent exire. Uidentes autem maximam pressuram famis fecerunt conuenientiã suam firmatã cum ꝑdicto roderico didaci vt mitterent nuncios suos ad regem morsie et ad regem cesaraguste qui si infra. xv. dies nõ succurrerent eis darent sibi sine mora ciuitatẽ placuit pactũ istud roderico didaci ꝛ transiuit cum hac conditione ꝙ nullus illorum nunciorum portaret pro expensis vltra quinquaginta morobetinos. Recesserũt ergo nuncij. Sed rodericus didaci fecit ꝙ nauta cuꝫ quo transire debebãt teneret eos quousqꝫ ipse iret ad eum. Iuit ergo statim et mandauit ꝙ inquireretur si plus ducebant quã. l. morobetinos ꝛ inuẽtum est ꝙ portabant multitudinem auri ꝛ argenti et lapidum ꝓciosorum ꝛ omnia cepit ꝛ diuisit quilibet. l. morobetinos sic pactatum fuerat. Cum ergo transiuit tempus ꝛ nõ habuerunt succursum ꝑ dictorum regum tradita est ei nobilissima ciuitas valencie que solatium ꝛ delicie saracenorum erat Et ipse Cid intrauit eandem eleuato vexillo suo ante eum cum magna leticia ꝛ honore et ꝓcepit ꝙ poneretur vexillum suum in altiori turri fortalicij ciuitatis. Et ex illa die omnia fortalicia que erãt dominij ciuitatis fuerunt posita sub eius potestate et pro honore fidei catholice. omnes mesquite saracenorum facte sunt ecclesie ꝛ posuit ibi sedem epalem ꝛ redditus necessarios ꝛ facti sunt nouem parrochie maior aũt eccl'ia dedicata est scõ petro

Uincunt xpiani fugato ꝛ vulnerato rege hyspaleñ. ac peremptis quasi. xxix. milibus saracenorũ ꝑ Cid campeatorem.

Entesimumoctauũ

bellum inter saracenos et xpianos accidit ãno dñi Millesimocentesimoquarto. Tunc cum fama perditionis valentie per omnes terras saracenorum peruolaret inter ceteros rex hyspaleñ. volens vehementer congregauit exercitum suum magnum scꝫ. xxx. milium hominũ armorum ꝛ velocius quo potuit venit super ciuitatem valentie ꝛ obsedit eam. Uirtuosus vero Cid campeator exiuit ad eum cum militia sua ꝛ habuit bellum cum eo circa ortum qui dicit de villa noua ꝛ deuicit eũ plurimis saracenis interfectis. Ipse vero rex hyspaleñ. cum tribus vulneribus fugiens euasit ꝛ psecutus est saracenos vsqꝫ atibam suffocatiqꝫ sunt in flumine quasi tria milia saracenorũ et tanta fuit cedes eorum ꝙ de. xxx. milibus qui venerant non euaserunt vltra mille quingentos ꝛ reuersus est virtuosus Cid in locum vbi fuit belluꝫ et expoliatis tentorijs tanta fuit multitudo diuitiarum ꝙ pars que cecidit in sortem peditorũ fuit quinqꝫ milium marcarum argenti ꝛ ingressi sũt ciuitatem nobilem valencie cum magnis diuitijs et honore. Numerus aũt exercitus eius erat mille quingentorũ equitum quorum mille erant nobiles genere et. iiij. milium peditum ꝛ tunc misit illustri regi alfonso sexto supradicto in presentem ꝛ donum de sua quinta parte que ei euenerat in sorteꝫ centum equos cuꝫ sellis ꝛ frenis mirabiliter adornatos ꝛ rogauit ꝙ mitteret sibi vxorem suã dñam ximenam cum duabus filijs suis que manebãt in scõ petro de cardenam. Rex aũt illustris gaudenter recepit donum et honorifice misit sibi vxorem et filias quas postmodum tradidit in vxores comitibus garrionis. Sed quia illi cõmiserũt quoddam aleue contra eas victi propter hoc ante predictum regem in campo ante garrionem tradite fuerunt postea ꝑ eundem regem in vxores infantibꝫ nauarre et arragonie filijs regum sicut plenius cõtinet in generali hystoria hyspanie.

Uincunt xpiani fugato ꝛ vulnerato ymes myramamolim ac pemptis. xl. ꝛ octo milibꝫ ꝛ quingẽtis saracenis per Cid Campeatorem.

Entesimumnonum

belluꝫ int̃ saracenos et xpianos accidit anno dñi Millesimocentesimoquinto. Tũc cũ ꝑdict⁹ vtuosus Cid cũ vxore sua ꝛ filiabꝫ suis dña eluira ꝛ dña sole in pace ꝛ solacijs eẽnt in ꝑdicta ciuitate valẽcie et quidẽ nũciauit ipi certitudinaliter quõ ymes myramamolim rex marrochiorũ volẽs de ꝑditõe valẽcie cũ q̃nquaginta milibꝫ armatoꝝ veniebat ad obsidẽdũ ꝑdictã ciuitatẽ. Qd cũ cognouit ꝑdictus Cid ꝓcepit ꝙ oĩa castra sui dñij ꝑpareñt ꝛ poneret in eis oĩa necc'ia ad pugnãdũ in ciuitate. Cõgregauitqꝫ oẽs gẽtes q̃s potuit

habere tam de saracenis q̄ de xp̄ianis 7 omnia hec facta sunt breuissimo tp̄e. Venit ergo multitudo p̄dicta saracenorum 7 fixis tentorijs suis steterũt supra ciuitatem 7 tantus fuit eorum tumultus cũ suis atamboribus et vocibus ꝙ dña ximena cum filiab; suis q̄ nũq̄ similia viderãt timuerũt valde Sed virtuosus Cid dixit eis dña ximena 7 mee filie nõ timeatis. Ego em̄ cogito deuincere hos saracenos 7 cum eorum diuitijs vos meas filias honorifice 7 ditissime maritabo 7 illos atẽpores faciam venire ante vos buxinas vero pro honore ecclesie faciam reseruari. Congregatis ergo bellatoribus suis ad signum campane exierunt in campũ cum insidijs et ordine virtuosissimi Cid campeatoris. quos videntes saraceni ordinatis etiam suis aciebus commissum est durissimum bellum sic ꝙ vndiq3 videbantur exire equi sine dñis suis. Et cum saraceni essent multi tenebãt xp̄ianos iam in magna pressura. Et tunc virtuosus Cid animãs milites suos clamauit dicens. deus adiuua 7 beate Jacobe. et cum dixerit exiuit aluarhanes quidam miles strenuus cum trecentis militibus 7 insidijs 7 percusserunt saracenos ex aduerso sc3 ex parte maris. Cogitantes aũt saraceni ꝙ erant multe gentes timuerunt valde 7 inceperunt dare terga 7 secuti sunt fugientes occidẽdo 7 vulnerando vsq3 ad quoddã castrum quod dicit̃ torquera percusso ymes miramamolin ab ip̄o Cid 7 tãta fuit cedes saracenorũ ꝙ de quinquaginta milib; p̄dictis nõ euasert vltra q̄ mille quingẽti. 7 reũsus ē ṽtuosus Cid cum milicia ad locũ belli vbi inuenerunt spolia multa nimis 7 inter cetera inuentum est vnum tentorium illius miramamolin nobilius q̄ vnq̄ aliquis viderat 7 reuersus est in ciuitatem valencie brachijs vsq3 ad cubitus plenus sanguĩe ex vulneribus occisorum 7 cum magnis diuitijs 7 honore. Et tũc virtuosus Cid misit dño suo regi alfonso castelle p̄dicto ex quĩta sua pre ducẽtos equos. cum sellis et frenis pendentibus singulis ensibus ex singulis sellis eorum. misit etiam sibi in donum tentorium predictum mirabile que omnia gaudẽter recepit predictus rex existens in valle oliueti.

Vincunt xp̄iani 7 fugat̃ bucar rex marrochiorum vulneratis cum alijs. xxx. regibus ꝑ Cid campeatorem.

Entesimũdecimuʒ

bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit anno dñi Millesimocentesimosexto Tunc rex bucar rex marrochiorum cum. xxx. regibus saracenorũ subito apparuit spacio vnius leuce ꝓpe valentiã 7 factus est tumultus magnus in ciuitate ex subitis rumoribus. 7 ascẽdit virtuosus Cid supra turrim altiorẽ fortalicij cum consiliaribus suis vt videret eorũ exercitum q̄ videns incepit ridere ostendens magnũ gaudiũ descendens ergo de turri facto signo campane congregati sũt omnes sui bellatores. quib; dixit virtuosus Cid quõ volebat dare bellum regi bucar 7 illis. xxx. regibus 7 hilari aĩo placuit omnib; sperantes victoriam reportare. Exierunt ergo ordinati scd̃m modum suũ. Eo tp̄e quo tp̄e saraceni nõ cogitabant cum ergo venerunt ad locũ vbi viderunt tentoria saracenorũ p̄cepit vt irẽt lentis passib; 7 ipse ibat cum suo equo qui dicebat̃ bauieca quos cum viderunt saraceni ordinauerunt subito acies suas 7 venerunt cõtra eos satis inordinati cum nõ cogitarent de aduentu ipsius Cid suꝑ eos. Cum ergo vidit eos inordinatos p̄dictus Cid p̄cepit vexillum suum sceleriter ire contra eos et factum est p̄lium magnũ sic ꝙ ceciderunt multi ex vtraq3 parte 7 durauit bellum de mane vsq3 ad horam nonã nec poterant saracenos eradicare ab illo loco p̄ multitudine 7 tanta erat multitudo mortuorum peditũ etiam xp̄ianorum ꝙ nõ poterãt cum equis ambulare inter eos. sed placuit deo ꝙ ab hora nona inceperunt saraceni dare terga et secuti sunt eos xp̄iani occidendo 7 vulnerando 7 in illa sequela vidit ipse Cid regem bucar 7 euaginato ense secutus est eum vt eum occideret. sed quia ille ducebat velocem equum cum cognouit ꝙ Cid sequebat̃ euʒ fugit velocius 7 nõ potuit eum attingere sicut voluisset licet cum ꝑuenerunt ad mare ꝓpe ipsum iret 7 tunc emisit a manu ensem suum suꝑ bucar percussitq3 eum sed ille percussus intrauit subito nauim. et Cid descendit 7 accepit ensem suum 7 spatam regis bucar q̄ ei ceciderat quã vocauit tysonam 7 reuersus est ad locuʒ belli deuictis saracenis vbi tot spolia habuerunt ꝙ solum de equis quinta pars que cecidit in sortem ipsius fuit tricentorum equorum. Deuictoq3 bucar rege marrochiorũ cũ alijs. xxx. regibus reuersus in ciuitatẽ valencie cum magnis diuitijs leticia et honore. Et tunc misit regi alfonso castelle in donum ex p̄dictis spolijs Centum equos cum sellis suis 7 frenis mirabiliter adornatos 7. lxxx. saracenos captiuos que omnia rex p̄dictus existens in valle oliueti gaudẽter recepit. Tunc etiam soldanus ꝑsie vidẽs ꝙ sanctam ciuitatem hierusalẽ ceperant xp̄iani 7 multas alias ciuitates et loca timens ꝙ tota eius terra perderet̃ si transiret predictus virtuosus Cid in partes illas pro iuuamine xp̄ianoruʒ. Jdeo audita eius celebri fama vt eum in amicum posset confederare. misit ei ambasiatorem suum per mare et cum peruenit valenciã receptus est honorifice ab ip̄o Cid et presentauit sibi dona que sibi mittebat soldan⁹ sc3 multa iacolia auri et argenti et preciosos ac nobiles pannos de serico 7 auro mirabilis ꝯtexture 7 multa alia que nõ sunt in ista terra presentauit sibi etiam vnam libram mirre 7 balsami preciosi cũ quo postmodum fuit corpus ipsius Cid balsamatum in eius morte. Dedit etiam sibi vnum archidrichem de nobilioribus qui fuerunt in mũdo qd̄ vsq3 in hodiernum diem manet in mõasterio sancti petri de cardenam 7 his omnibus receptis remisit eum cum honore ad p̄dictum soldanum cuʒ suis etiam donarijs inito federe inter eos.

Vincunt xp̄iani fugato rege bucar cum alijs. xxxvj. regibus viginti eorum interfectis ꝑ Cid campeatorem nõ viuum sed mortuum.

Entesimumundecimum

bellum inter saracenos 7 xp̄ianos accidit anno dñi Millesimocentesimoseptimo. Tunc predictus rex bucar dolens quõ sic turpiter victus a Cid campeatore 7 quõ interfecerat 7 captiuauerat eius gẽtes 7 quõ expoliauerũt eũ a tãmagnis diuitijs. Jpse in ꝓpria ꝑsona p̄dicauit i affrica ꝯuocãs oẽs ꝑplos sicut nos facim⁹ tp̄e cruciate 7 ꝯgregat⁹ ē ad eũ ꝑ pl's innũerabilis cũ q̊ trãsiuit mare vt veniret suꝑ valentiã 7 se vindicaret. Cũ g̊ p̄dicti rumores ꝑuenerũt ad aures ip̄ius Cid int̃ cetera p̄cepit ꝙ oẽs saraceni habitãtes intra ciuitatẽ egrederent̃ foras 7 ꝙ habitarẽt in alcudia q̊ facto cũ nocte illa iaceret in lecto suo p̄dict⁹ Cid hora medie noctis cogitãs quõ se hr̃et in

aduentu tante multitudinis saracenorum. Ecce
subito impletum est palacium illud claritate ma
gna 7 quodã mirabili odore. 7 cum ipse miraretur
illius insolite claritatis et odoris apparuit ei vir
quidã indutus vestibus albis sicut nix qui canus
et crispus videbat̃ in manibus suis claues gestãs.
Dixitq3 ei. dormis roderice vel quid agis. 7 ille re-
spondit. quis estis vos qui a me hec queritis. Et
ait illi ego sum sanctus petrus princeps apl'orum
qui venio ad te cũ sceleriori mãdato q̃ illud qd̄ tu
cogitas de rege bucar. sc3 q̄ habes dimittere hũc
mundũ 7 ire ad vitam vbi nõ est finis 7 prefigitur
tibi terminus. xxx. dierum a p̄senti die. Veruntñ
vult tibi deus facere hanc gratiam q̄ tu mortuus
cum gentib3 tuis habeas victoriã de rege bucar ꝓ
pter honorem tui corp̄is qd̄ erit cũ adiutorio apl'i
Jacobi quẽ deus mittet ad bellũ illud. Sed ante
hec omnia tu facies penitentiã de peccatis tuis et
saluus eris. hec omnia concessit tibi dñs ih̄s xp̄s ꝓ
pter amorẽ meũ 7 ꝓpter reuerẽtiã quã semꝑ habui
isti ad ecclesiã meam monasterij sancti petri de car
deuan. Que cum audiuit virtuosus Cid pre gau
dio dimisit se cadere de lecto in terra3 7 cecidit ad
pedes apl'i volẽs osculare pedes eius 7 dicit ei apo
stolus. Non labores in hoc q2 nõ poteris accede-
re ad me. sed sis certus q̄ oĩa que dixi tibi sunt tibi
concessa 7 sic disparuit ab oculis eius 7 remãsit in
palatio illo quidam magnus 7 suauissimus odor
cuius q̃litas effari nõ potest. et p̄dictus Cid remã
sit fortificatus et ita certus de p̄dictis sicut si iam
transissent omnia illa. Et die facto cõuocauit ad
fortaliciũ suũ oẽs milites suos 7 narrauit eis visi-
onem illã cum lachrimis nihil eis occultans facie
tis ergo scd̄m consiliũ meũ 7 deuincetis regem bu
car 7 triginta sex reges qui veniunt cum eo. Perce-
ptis ergo sacramentis 7 facta penitentia peccato-
rum suorũ cum nõ remanerent nisi septem dies de
spacio p̄finito p̄cepit vocari ad se vxorẽ suã dñam
ximenã 7 mandauit q̄ adducerent̃ ei vasa illa ar-
gentea in quibus erat balsamũ 7 mirrha q̃ sibi mi
serat soldanus magnus p̄sie. Et cum vidit ea añ se
p̄cepit adduci quandã cupam aureã in qua ipse bi
bat et accepit de ille balsamo 7 mirra mixto cum
aqua rosea ad quantitatẽ vnius cocliaris 7 bibit
et sic ꝑ illos septẽ dies fecit nihil aliud comedens
nec bibens. Et factũ est corpus eius pulchrius et
recencius q̃ añ excepto q̄ cõtinue deficiebat sic q̄
nõ poterat se mouere in lecto. penultima ergo die
anteq̃ deficeret vocauit vxorem sua3 7 venerabilẽ
ep̄m ciuitatis hieronimũ 7 alios milites ꝑentes 7
amicos quib3 confidebat. Dixitq3 eis, scitis q̄ rex
bucar erit hic vna istarum dierum 7 circũdabit ci
uitatem cum sua potestate magna ea ergo que vos
habetis facere vt vincatis sunt hec. Primo postq̃
fuero mortuus lauabitis corpus meũ qd̄ satis in-
trinsecus mũdũ teneo laudet̃ deus vt crastina die
que est dies vltima vite mee recipiam corpus dñi-
cum 7 lauato corꝑe abstergat̃ bene et vngetis ip̄m
totum caput 7 os pedes 7 omnia alia membra cũ
balsamo 7 mirra quod suꝑ fuit in his vasculis ar-
genteis 7 nullus sit ausus ꝓpter mortem meam cla
mare nec ostendere dolorem ne forte saraceni sen-
tiant mortem meam. 7 cum venerit dies vt appro-
pinquat ciuitati rex bucar p̄cipietis q̄ omnes gẽ-
tes ascendent suꝑ muros 7 q̄ sonent tubas anãfi-
les et facient maiores leticias que potuerunt fieri
ꝑ hoĩes 7 cum fuerit dies qua volueritis ire cũ cor
pore meo in castellam facietis q̄ egrediant̃ omẽs
gẽtes secretissime sic q̄ nõ intelligant saraceni qui
sũt in suburbibus 7 p̄cipietis onerari gerulas ali-
asq3 bestias cum omnibus illis diuitijs que sunt
valencie sic q̄ non remaneat ibi aliquid q̄ sit ali-
cuius valoris. et cum factum fuerit p̄cipietis in cel
lare equũ meũ bameca 7 armabit̃ bene corpus ve-
ro meu3 ornabitis optime 7 ponetis me suꝑ equũ
taliter q̄ non possim cadere. ponetis etiam in ma
nu mea ensem meum tyson 7 eant semper apud me
ep̄s dñs hieronimus 7 gildias priuatus meus vn9
ad dextram 7 alius ad sinistram qui dirigunt equũ
meum. et vos petre berundẽ portabitis vexillum
meum sicut consueuistis vos vero aluarhanes or-
dinabitis acies 7 ite ad bellãdum cum rege bucar
sitis eñ certi 7 nõ dubitetis q̄ habebitis victoriã
me existente mortuo sicut mihi deus concessit. Se
quenti vero die facto testamento suo hora tercia
rum recepit corpus dñicum de manu ep̄i genibus
flexis 7 cu3 multis lachrymis. quo ꝑcepto reclina
uit se in lecto dicens. dñe ih̄u xp̄e cuius est omnis
potestas 7 cuius sunt omnia regna tu es suꝑ omẽs
gentes 7 omnia sunt ad p̄ceptum tuum. Ideo dñe
peto hanc misericordiam vt anima sit vbi est finis
sine fine. Quibus dictis virtuosus Cid tradidit
animã in manibus creatoris. Post tres autẽ dies
mortis eius apparuit rex bucar cu3 potestate sua
suꝑ valentiã 7 fixa sunt tẽtoria. xv. milia sicut nar-
rat analfaxar hystoriographus saracenorum 7 bel
labant continue ꝯtra ciuitatẽ quãtum poterant.
et illi de ciuitate defendebant ciuitatem cum ma-
gna leticia sicut eis p̄ceperat Cid quod durauit
ꝑ nouem dies quia xp̄iani preparabãt omnia sua
ad ducendum in castellam sicut p̄ceperat eis glori
osus Cid. Bucar vero rex vidẽs q̄ Cid tanto tẽ-
pore nõ egregiebat̃ ad eos cogitauit q̄ nõ erat au
sus exire. Et ideo volebat facere machinas ad ca-
piendum viribus ciuitatem. Sed die duodecima
omnibus p̄paratis 7 posito ipsius corpore Cid in
equo suo sicut mandauerat tali dispositione q̄ vi-
debatur viuus hora media noctis apta est vnica
porta ciuitatis que tendit versus castellam 7 ordi
natis aciebus cum omnibus oneribus exeuntes se
cretissime 7 in magno silentio sic q̄ videbat̃ q̄ nõ
essent ibi. xx. milites irruerũt subito in saracenos
qui inuenientes eos inermes nec potentes pre cõ-
fusione magna ordinare seipsos. quia videbat̃ re-
gi bucar 7 illis. xxxvj. regibus q̄ veniebant ex par-
te christianorum super eos vltra sexaginta milia
militum qui erant albiores niue 7 ante eos vide-
runt virum militem super equum album sedentẽ
in manu sinistra gestantem vexillum album et in
manu dextra ensem qui videbatur sicut ignis. Vi
dentes ergo bucar et reges p̄dicti cedem maxima3
saracenorum suorum quã faciebant isti milites ti
muerunt valde 7 dederunt terga fugientes vsq3 ad
mare. xp̄iani autem insequentes eos occidendo et
vulnerando peruenerunt vsq3 ad mare 7 tanta p̄s-
sura vt ingrederentur in nauibus q̄ s̄m hystoria3
viginti illorum regum fuerunt ibi mortui 7 dece3
milia saracenorum suffocati. Rex vero bucar cu3
alijs qui euaserant pressuram illam eleuatis velis
nunq̃ amplius sũt reuersi. christiani autem victo
ria habita reuersi sunt ad tentoria 7 expoliato cã
po vbi innumeras diuitias inuenerunt receperũt
eas quas portare potuerant relictis ibi pluribus
alijs sine numero. et sic venerunt cum corpore ipsi
us Cid in castellam cum magna leticia et honore
et sepelierunt sicut ipse precepit in sancto petro de
cardenam. Saraceni vero qui erant in alcadia vi
dentes q̄ omnes christiani recesserant a ciuitate 7
nihil dimiserant in eadem ingrediẽtes iterũ popu
lauerant eam. Fuit aũt predictus virtuosus Cid

dñs pdicte ciuitatis quinqз annis. Rex aũt alfon-
sus sextus supradictus cum audiuit victoriaз quã
Cid campeator habuerat mortuus ꝛ quõ duceba
tur in equo suo bameca ac si esset viuus venit pso-
naliter ad sanctuз petrum de cardena sceleriter de
toleto ꝛ honorauit eũ in sepultura sua in qua etiã
fuerunt infantes arrogonie ꝛ nauarre cũ suis viro
ribus que filie fuerunt ipsius Cid. Predictus ve-
ro rex alfonsus sextus brano regnauit .xliij. annis
et septem mensibus ꝛ pceptis sacramẽtis feliciter
migrauit ad dñm anno dñi Millesimocentesimo
vicesimooctauo. Jacet sepultus in mõasterio san
cti facũdi in eius morte ex medio lapidũ qui erãt
ante altare sancti ysidori in ciuitate legioneñ. tri-
bus diebus manauit aqua quod fuit signũ lachri-
marum regni pter damna secuta post eius mortẽ
Ipse nõ reliquit filium heredẽ. Veruntñ qz ipse
dederat filiam suam dñam orracam in vxorem co-
miti Raymundo tolosano qui erat de genere go-
thorum ꝛ in illa pdictus comes habuit vnũ filiuз
cum pficisceret in hierusalem in passayo supradi-
cto quem baptiзauit in iordane ꝛ ideo vocauit eũ
alfonsuз iorday. Ideo iste post multa damna que
acciderant in regno fuit eleuatus in regem et post
factus est imperator.

Vincũt saraceni ꝛ occidit rex alfonsus arrogo-
nie quia spoliauit ecclesias.

Centesimumduode-

cimum bellũ inter saracenos ꝛ xpianos
accidit post mortem regis pdicti alfon-
si pauco elapso tpe. Tunc eñ regi arrogonum al-
fonso cum esset cum exercitu suo in regno castelle
facta concordia ꝛ pace inter eum ꝛ regem alfonsuз
paruulum dimittens ei quicquid in regno suo te-
nebat. Nunciatũ est quõ magna multitudo sara-
cenorum intrauerat regnum suum arrogonie qui
nimis dolẽs recessit statim vt occurreret illis ꝛ in-
uenit eos in quodã loco regni sui qui dicit efferga
et bellauit cum illis dicẽs. sed qui nunꝙ fuerat vi
ctus. ibi victus fuit a saracenis ꝛ mortuus. Alij di
cunt ꝙ nõ fuit mortuus ibidem sed duxit post hec
vitam peregrini p mundum incognitus. Et dicit
in cronicis ꝙ hoc accidit ei quia expoliauit ecclesi
am sancti ysidori et plures alias ecclesias castelle
post mortem regis alfonsi sexti brano volens ipse
regnare.

Vincunt xpiani cruce signati ꝛ capitur ciuitas
vlixbona.

Centesimumtredeci

mum bellum inter saracenos ꝛ xpianos
accidit anno dñi Millesimo centesimo
quadragesimosexto. Tunc cũ ludowicus rex fran
corum audiuisset ciuitatẽ edisse captã fuisse a tur-
chis зelo fidei succesus mesopotanee compatiens
ab Eugenio papa .iij. apud berseliacũ cruce signa
tus est cum principibꝫ pegrinationẽ ponens trãs
marinã anno sequenti Millesimocentesimoqua-
dragesimoseptimo. Sanctus Bernardus chorar
de regi apud francbonburg constituto ꝛ princip
bus fere cũctis signũ crucis affixit ꝛ socij pegrina
tiõis vltra modũ multiplicant naualis exercitus
de anglia fladria ꝛ d lothoringia collecto .ij. ydus
aprilis de tremũdo portu anglie cũ ducentis naui
bus pfectis .iiij. kal. iulij vlixbonã applicuit ꝛ illã
post .iiij. mensiũ obsidionẽ capiunt hostesqз quoꝝ
numerus erat ducẽta miliũ ꝛ quingẽtos deuincũt
lз xpiani .xiij. milia vix essent. Chorardus rex cum
innumera multitudine pegrinationẽ egredit mẽ-
se mayo ꝛ vt ad expugnandũ ycomũ incõsulto di-
uertit deficientibꝫ victualibꝫ fame afflictus redijt
et psequẽtibꝫ eos thurcis mltos pdidit. Rex vero
francorũ ludowicus etiã aggredit pegrinationeз
et enocatus ab imperatore grecorũ nauibꝫ eius hie-
rosolimis euehit. Anno Millesimocentesimoqua
dragesimooctauo franci p deserta asye dolo ꝛ astu
cia grecorũ qui calcẽ farine miscuerunt crebro in-
sultus thurcorũ paciẽtes fame cruciati ita vt qdã
eqrũ ꝛ aзinoꝝ carnibꝫ vescerent tãdẽ multis fame
pereuntibꝫ ceciliã veniunt ꝛ inde antiochiã pale-
stinam nauigio petierunt hay medius comes ma-
rianeñ. in cipro ꝛ alfonsus comes tholose et sancti
Egidij apud cesareã palestinam obierunt. ꝛ adeo
tunc male successit regi francorũ ꝙ a grecoꝝ mani
bus captus imperatori grecorum tursolium obsi-
denti ducit psentandus. Queз rogerus rex cecilie
expoliata grecia ꝛ vastata vsqз constantinopolim
a captione liberauit.

Vincunt xpiani et capit ciuitas baecie p impe
ratorem hyspanie alfonsum septimum.

Centesimumdecimũ

quartum bellum inter saracenos et xpi
anos accidit anno dñi Millesimocente
simoseptuagesimo. Tũc supradictus rex alfonsus
septimus rex quartus castelle ꝛ nepos regis alfon
si qui lucratus est tholetum posita tota hyspania
sub eius dñio factus fuit imperator et coronatus
in ciuitate legioneñ. ꝛ confirmatus p papam vt de
cetero vocaret impator hyspaniaruз. Postꝙ ergo
regnũ arrogonie castelle ꝛ legionis pacifice tenu-
it et omnes reges saracenorũ hyspanie sibi obedi-
rent tanꝙ vasalli remanserunt due ciuitates que
nõ recognoscebant eum dñm scз boecia ꝛ almeria
et pter illas subiugandas congregauit exercituз
magnũ ꝛ venit primo sup boeciã ꝛ obsedit eam et
aliqui nõ seruantes eidem fidelitatẽ recesserũt qd
cum cognouerunt saraceni oĩm illarum partium
congregati sunt ꝛ venerunt ibi statim vt facerent
impatorem alfonsum cessare ab obsidione. Sed
cum hec a saracenis agerent apparuit sanctus ysi-
dorus in visione pdicto impatori confortans eum
et dicens. Crastina die dabis bellum istis sarace-
nis viriliter ꝛ ego veniam in adiutoriũ tuum. suos
ergo dum sol emitteret radios sup terram ppara-
uit se impator alfonsus cũ sua milicia ad belladũ.
Venerũt ergo aĩose ad locũ belli irruerũtqз in sa-
racenos ꝛ factũ est durũ bellũ ac exutraqз pte plu
rimi ceciderũt. Rex aũt saucius filius impatoris
strenuissime se habuit in illo bello ꝛ vidit impera
tor beatũ ysidorũ ambulantẽ in bello ex parte sua
et cognouit eũ pter qd viribus resumptis cõfor-
tantes militares suos sine dubio sperantes victo
riam obtinere. Cum ergo cognouerunt xpiani be
atum ysidorũ bellare cum eis ꝛ p eis cõfortati sũt
nimis. Sed ꝛ saraceni pusillanimes effecti nõ po-
tentes sustinere bellũ terga sũt dare coacti. xpiani
aũt vidẽtes eos fugiẽtes secuti sũt eos ꝛ mortuit
oẽs q venerãt in adiutoriũ boecie. Vidẽtes aũt sa
raceni q erãt intͣ villã ꝙ nõ poterãt resistere ipatori
alfonso apris ianuis ciuitatis recepert eũ oĩa for
talicia sibi submittẽtes ꝛ ptẽ miraculũ qd in illo
bello fecit btũs ysidorus stati impator vtuosus fe-

cit edificari ecclesiam vnā in honorem sancti ysidori sb ꝯuentu canonicoꝝ regulariū datꝫ honorifice omnibꝫ necessarijs tam in crucibꝫ ꝗ̄ in calicibꝫ vestimentis 7 libris ꝗ̄ etiam in possessionibꝫ 7 hereditatibꝫ sicut necessariū eis erat.

Uincunt xp̄iani 7 capitur ciuitas almerie p imꝑatorem alfonsum septimum.

Centesimūdecimum

